

58. **Matthæus Lang**, à Vvellenburg, vir prudentiæ singularis, Archiepiscopus & Cardinalis: quum Archiepiscopatum in gravissimis temporibus annis ferè 21. gubernasset, mortuus est anno 1520.

59. **Erneſtus Comes Palatinus Rheni**, Bavarie Dux, Alberti & Kuneſonis Frid. Imp. filie proles, à Joanne Avenionensi viro doctissimo bonarum artium rudimenta hausit, Jafonem Mazzum Ticini paucis diebus audivit, in Jurisſcientia non vulgariter profecit, Mathematicas disciplinas amavit, & foſſilium metallicorum tantam affectumque est notitiam, quanta in tota Germania. Adeptus quoque Episcopatus alios, omnes laudabiliter adminiſtravit, ut puta Salisburgensem, & Patavienſem; omneſque are alieno liberavit. Princeps munificus & gratus.

EPISCOPI FRISINGENSES.

1. **D. Corbinianus** præfuit Episcopatu à se erecto 20. annis.
2. **Erimbertus** frater Corbiniani geſſit Episcopatum 28. annis. Hic conſervavit monaſterium Degerſie, fueruntque ſuo avo diœceſes Bavarie ſuis limitibus à ſe invicem diſcreta, & Pipinus pater Caroli Magni habitavit aliquot annis Fruxini in arce Themons; & tandem an. 747. conſtituit ibi Eccleſiam in honorem ſancti Stephani, quæ in hunc uſque diem appellatur Vveichenſian.
3. **Joſeph** electus eſt ad Episcopatum anno 758. præfuitque annis tribus.
4. **Aribo**. Egiſt iſte Antifiſtem an. 23.
5. **Ortho**, electus anno 782. præfuit an. 30.
6. **Hitto**. Hic translationem ſacrorum Bibliorum in plerisque locis corruptam, pro omni virili correxit, & conſtituit in Eccleſia Vveichenſian ſex Canonicos, gubernavitque Episcopatum annis 24.
7. **Erchenbertus** nepos prioris Hitronis ex fratre, adminiſtravit Episcopatum an. 18.
8. **Arnulphus** electus eſt anno 854. ad Pontificatum. Ipſe ampliavit Eccleſiam cathedralem, mortuusque eſt an. 21. ſui Pontificatus.
9. **Vvalthon**. Hic vixit in Pontificatu annis 22. paſſaque eſt Eccleſia Cathedralis ſuis temporibus grave incendium, anno ſcilicet 883. At donatione Arnolſi Imperatoris omnia ſunt reſarcita, conſtitutumque tunc fuit, ut deinceps nullus eligeretur in Episcopum, niſi eſſet Canonicus ejuſdem Eccleſiæ; quam legem nec Caſar nec Rom. Pontif. infringere poſteſt.
10. **Uto** ſucceſſor Vvalthonis, vixit ſolum uno anno in Episcopatu.
11. **Dracophilus** electus Episcopus an. 898. qui nedum cathedrali, verum & aliis Eccleſiis collegiatis noxius fuit, immenſas faciens expenſas, exactiſſime in officio 28. annis, ſubmerus fuit in Danubio.
12. **Vvolſtrapus**. Hic quantum potuit; uno anno, quo præfuit Episcopatu, reſtauravit, quæ prædeceſſor ſuus dilapidavit.
13. **Lampertus** factus eſt Episcopus anno 938. ſunctus officio ſuo annis 31. Hujus tempeſtate erumpentes Ungari, & omnia devaſtantes in Aultria atque Bavarie, Eccleſias SS. Stephani & Viti combuſterunt: Eccleſiam verò Cathedralē propter nebulam omnia obducentem, in nullo violare potuerunt.
14. **Abraham** factus Episcopus, 37. an. cum magno commodo Eccleſiæ ſue præfuit.
15. **Engilbertus** Comes Moſburgenſis, 34. annis Pontificatu præfuit, atque ex patrimonio ſuo non parum eundem ditavit. Quin & Collegium Canonicorum in Vveichenſian communiavit in monaſterium Ordinis S. Benedicte.
16. **Nicerus** ſunctus eſt officio Episcopali annis 14. & Canonicos à Vveichenſian ſeniores confirmavit in Eccleſia S. Viti. Fuit homo ſævus, obiitque ſubita morte Ravennæ.
17. **Ellenhardus** electus eſt anno Chriſti 1052. in Episcopum, fundavitque Collegium Canonicorum apud S. Andream in monte Frisingenſi, hauri procul à Cathedrali Eccleſia. Interſit iſte Synodo Vvormaciæ ab Henrico IV. contra Hilprandum Romanum Pontificem celebratæ, anno 1076. & exactis 25. annis ſui Pontificatus, mortuus eſt.
18. **Meginwardus** electus eſt anno Domini 1078. multa que paſſus à Vvelſone, qui Brunonem Auguſtanum bello ſa-

tigabat. Redactis verò rebus in tranquillitatem, profectus eſt in Bohemiam, ut inſidias ad Chriſti converteret fidem, mortuusque eſt Praga & ſepultus, quum Eccleſia Frisingenſi præfuiſſet an. 21.

19. **Henricus** ab Eberthof, Episcopali munere ſunctus eſt 30. ann. Sub eo Uveſſo vaſtavit civitatem Frisingenſem: quin & ipſe non parum commendavit Episcopatum quid Henrico IV. adhereret contra Rom. Pontif. quare omnia ſua bona quæ habitus in Eberthof & Griefs, legavit Episcopatu.

20. **Otto** filius divi Leopoldi Marchionis Aultriae, factus eſt Episcopus ann. 1108. vir doctus, & qui antea fuerat Cancellarius Imperatoris Conradi III. Hic inter Hiſtoricos ob editam Chronicam celebris habetur. Vixit in Episcopatu 20. annis, habuitque fratrem Conradum Archiepiscopum Salzborgenſem, & Episcopum Patavienſem. Hic Otto ante obitum ſuum relicto lituo, monachus Morimundeniſis eſt factus.

21. **Albertus** ſunctus eſt officio paſtorali 24. annis. Fuit ſuo tempore Eccleſia Frisingenſis ornata doctis Canonicis, excellabatque reliquis Germaniæ Cathedralis Eccleſias in divitiis & pretioſis localibus: fed otto incendio, uno quaſi momento omnia amiſit bona. Et quum Albertus Episcopus Eccleſiam ſuam reedificare conaretur, invenit in fundamentis corpora ſanctorum Martyrum Alexandri & Juſtini.

22. **Otto III.** vir pius & Canonicus Magdeburgenſis, factus Episcopus Frisingenſi, præfuit illi Eccleſiæ an. 38. Ipſe fabricam Eccleſiæ ruſum inſtauravit, multa que bona in eam contulit.

23. **Geroldus** electus in Episcopum an. 1220. juxta tenorem Epitaphii ſui, præfuit Eccleſiæ Frisingenſi undecim annis, ſed ſine laude.

24. **Conradus Tolzner** non parum profuit Episcopatu Frisingenſi, quin & ex patrimonio ſuo quatuor inſtituit Canonicos in Sacello ſancti Pauli. Fuit autem una cum Rudigero Episcopo Patavienſi captus à Friderico Duce Aultriae, & Viennæ diu in captivitate detentus. Vixit in Pontificatu annis 27.

25. **Conradus II.** Vvildgraſenſis, præfuit 20. an. Cathedræ Episcopali.

26. **Fridericus Montabanus** factus eſt an. 1278. ex Præpoſito Episcopus, mortuus anno 8. poſt electionem.

27. **Emicho** Comes à Moſburg & vir ſanctus, electus in Episcopum, viginti novem annis Præſulem egiſt, mortuus Viennæ an. Dom. 1315.

28. **Conradus III.** Monacenſis Doct. Canonum, factus Episcopus, inſtituit Eccleſiam S. Joan. Baptiſtæ, & ſex Canonicos una cum Præpoſito in ea. Anno ſeptimo ſuæ adminiſtrationis veneno eſt ſublatus.

29. **Gorſidas** Decanus Eccleſiæ Frisingenſis, factus Episcopus, tribus an. Pontificatum geſſit. Ipſe inſtituit Sacellum SS. Trinitatis, & aliud Sacellum S. Catharinae.

30. **Joannes Doct. Canonum & Canonicus Bambergensis** atque Brixienſis, poſtſulatus Episcopus Frisingenſis, quinque duntaxat ſeptimanis officio ſunctus eſt.

31. **Conradus IV.** & Clingenberg, electus ad Episcopatum, magna illi contulit dona, præſertim inſulam pretioſam & aregenteam Crucem. Ungari & Bohemi ſuo tempore profecti contra Imperatorem Ludovicum IV. miſere perdidit Bavariam & diœceſim Frisingenſem.

32. **Joannes ſecundus Medicus doctus**, obtinuit Romæ Episcopatum an. 1337. abſenſque 12. an. poſſedit.

33. **Albertus** Comes Hohenbergensis, Doct. Decretorum, translatus eſt per Clementem VII. ad Frisingam, ſeptemque an. Episcopum egiſt. Ipſe in propria perſona ſuit in expeditione cum Alberto Duce Aultriae contra civitatem Tigurenſem.

34. **Paulus** electus fuit an. 1359. Hic multa que erant Episcopatus vendidit & impignoravit, ruſſumque redemit, mortuus 19. ann. ſui Pontificatus.

35. **Leopoldus** diſſiciliter propter ſchiſma Rom. Pontificum conſtituari meruit, triennioque exacto, Lactis ex ponte in ſubjectum fluvium cadens, ſubmerſus eſt.

36. **Bertholdus Vvechingenſis**, I. Viennæ. ſcholar. creatus Magiſter, electus fuit an. 1381. in Episcopum Frisingenſem. Egiſt bonum patrem familiæ, inſtauravit omnia caſtra, quæ habet diœceſis in Aultria, Carinthia, Sylvania & Carinthia. Auxit quoque Canonicis præbendam provenentem. Et mortuus anno adminiſtrationis ſuæ 30. in Aultria, reliquit mitam Pontif.

A Pontificalem nimis pretioſam, quam vivens affabrè fieri procuravit. At propinqui & hæredes ejus illam ſurripientes, Abbat Melacenſi venderunt pro 4200. Ducatis Ungariæ.

37. **Degenhardus** à Vveſſ, Præpoſitus Moſburgenſis, fuit electus an. Domini 1410. in Præſulem Frisingenſem. Cumque Conradum Episcopum Gurcienſem amulum pareretur, qui & ipſe pro Episcopatu Frising. laborabat, ann. 3. ſui regiminiſ Lactis, ſuit miſere interiectus, atque poſt 20. annos tum primùm innotuit latrocinium ipſum. Si quidem antea infamaverant latrones Episcopum, quòd ſibi ipſi manus intuliſſet.

38. **Hermannus** Comes quidam electus in Episcopum, ruptus graviter 9. anno obiit.

39. **Joannes III.** Grienvvalder dictus, factus eſt Episcopus an. 1422. Fuit autem Doct. Decretorum & Theologus, reſtituitque Johannis Huſ in Concilio Conſtantienſi. At paulo poſt Nicodemus de Scala, conſentiente Martino quinto fe ingerens Episcopatu, excluſit Johannem, viginti annis potenter illum retinuit: Eoque mortuo, Grienvvalder ruſum obtinuit Episcopatum, præfuitque decem annis.

40. **Johannes IV.** Tulbec dictus, primùm Præpoſitus ad S. Vitum, & Plebanus Monacenſis, factus eſt an. Chriſti 1453. Episcopus, adminiſtrantque Episcopatum 20. annis, reſignavit illum Cancellario ſuo Sixto Tanbergenſi.

41. **Sixtus Tanbergenſis** factus eſt Episcopus an. Dom. 1473. inſtituitque 12. Chorales, torpori Sacerdotum conſulens. Tandem ann. Chriſti 1495. mortuus eſt Episcopus in Comitibus Vvormacienſibus, id quod ei prædixerat fatuus ejus.

42. **Rupertus Palatinus Rheni**, electus eſt Episcopus poſt mortem Sixti: ſed quia nimis juvenis adhuc erat, diſpenſatione Papali Episcopatus Philippo fratri ſeniorian. 1499. eſt collatus. Præfuitque Philippo Episcopatu uſque ad annum Chriſti 1540. Factus eſt quoque idem an. 1517. Episcopus Naumburgenſis in Miſinia.

43. **Henricus Comes Palatinus**, adminiſtrator diœceſis C. Vvormacienſis, & Præpoſitus Elvagenſis, poſt Philippi fratris mortem, factus eſt Episcopus Frisingenſis, qui adhuc an. 1550. Episcopatu præſidet.

EPISCOPI VVARMIIENSES.

Ex Borussia Schuzenii.

1. **Anselmus** Frater Ordinis Theutonici, factus poſtea Franciscanus Monachus, & à Papa Innocentio IV. ad inſidiales Chriſto lucrandos in Borussia miſſus, ubi & Episcopus electus eſt, anno 1243. Sedem habuit Braunsbergæ; inde factum eſt, ut Episcopos Braunsbergenses dicerentur. Fundavit ibi templum S. Andree an. 1260. ibique ſedecim Canonicos & quatuor Prælatos inſtituit. Sed urbe ab inſidelibus vaſtata & direpta, Elbingam fe conſtituit, ubi grandævus deſceſſit, in arce templo ſepultus.
  2. **Henricus** Decanus Braunsbergensis, præfuit uſque ad annum 1300.
  3. **Eberhardus** Canonicus Fravenburgi, Heiſbergam ædificavit, & Guſtat muro circumdedit. Ejus temporibus Collegium Canonicorum Meclaccum exſtructum eſt. Mortuus an. 1320. 28. Maji. Fravenburgi ſepultus.
  4. **Jordanus** Canonicus Fravenburgicus, Heiſbergæ mortuus, Fravenburgi ſepultus an. 1329. 25. Novembr.
  5. **Henricus Vvagenap** Boruſſus Regiomontanus, Canonicus Fravenburgicus, mortuus an. 1334. 9. April. ſepultus Fravenburgi.
- Post nunc ſedes vacavit per annos quatuor, duobus in Curia Romana inter fe de dignitate contentibus.
6. **Hermannus** Baro de Liebſtein ex Moravia, vel, ut alii, Praga oriundus, Juris utriusque Doct. R. Regis Bohemiae conſiliarius, & in aula Pontificia Curie auditor, à Papa Benedicte XII. inauguratus an. 1338. Edificavit hic novam civitatem Braunsbergam, Seeburgum, & Biſchoffſtein. Mortuus noctu Kalend. Januarii, 1550. Fravenburgenſi ſepultus. Hujus temporibus bona Episcopatus diviſa ſunt.
- Hic interponuntur ab aliquibus alii duo, Fridericus nempè & Hermannus.
7. **Joannes Miſena**, Decanus & Canonicus Fravenburgicus. Etiam Collegium Canonicorum Allenſein ædificavit. Mortuus an. 1355. 30. Jul. Fravenburgi ſepultus.
8. **Joannes Streiſtock** Lipſienſis, Canonicus Fravenburgi, qui Vvartenburgum ædificavit: dejectus Episcopatu per Ma-

gnum Magiſtrum, Vvinticum de Kniprode; quam ob cauſam E Avenione coram Pontifice annos 4. cauſam ſuam egiſt, cumque quod petebat obtinuiſſet, tres ſententias uniformes contra Magnum Magiſtrum exhibendo, non ita multo poſt mortuus eſt Avenione die S. Egidii, an. 1373. Sepultus ibidem in Dominicanorum Cœnobio.

9. **Henricus Sorenbom** Elbigenſis, Caroli IV. Legatus Avenionem ad Papam Gregorium XI. à quo & Episcopatum impetravit. Mortuus Heiſbergæ 1401. 13. Januar.

10. **Henricus Heiſberg** à Vogelaſanck, J. U. D. Canonicus Fravenburgi: putatur veneno à Magno Magiſtro ſublatus: obiit 1415. ineunte Junio.

11. **Joannes Abzieher** Turonenſis, J. U. D. Præpoſitus & Canonicus Fravenburgicus, Auditor Rotæ in Concilio Conſtantienſi, ubi ſimul Collegii erecto ab Archiepiscopo Rigenſi confirmata eſt. Mortuus Heiſbergæ an. 1424. 11. Febr.

12. **Franciscus Kueſchmaltz** de Reſſel, J. U. D. Præpoſitus & Canonicus Fravenburgicus, qui nec minima cauſa fuit rebellionis totius Boruſſiæ contra Ordinem, ut quod etiam à populo in exilium pulſus eſt. Mortuus eſt Uratiſlavie an. 1457. 10. Junii, ubi etiam ſepultus.

13. **Æneas Sylvius**, Italus, Senis oriundus, qui antequam Episcopus inauguraretur, Papa renunciatus eſt anno 1450. Pius II. dictus.

14. **Paulus** à Lehendorff, Nobilis Boruſſus, Canonicus Fravenburgi, veneno à Magni Magiſtri tubicine necatus, vel, ut alii tradunt, peſte exſunctus eſt Braunsbergæ, an. 1467. ubi & ſepultus.

Interferuntur aliis & alii duo, Vincentinus Kellebaza Polonus, & Albertus Opperovſki; qui quidem ſuffragia adepti, ad uſum fructum tamen Episcopatus admitti non ſunt.

15. **Nicolaus** à Tungen ex pago territorii Vvormbidentenſis, qui vi Episcopatum, Rege ipſo Poloniae invito, inſavit. Mortuus Heiſbergæ 14. Febr. an. 1489.

16. **Lucas Vveifſelrot**, aliàs ab Allen, urbe Turonii, oriundus. Ibidem mortuus non abſque ſuſpitione veneni, an. 1512. die Dominica Judica.

17. **Fabianus** à Luſian, Nobilis ex territorio Reſellenſi, J. U. D. Canonicus Fravenburgicus, mortuus Heiſbergæ an. 1523. ultimo Januarii.

18. **Martinus Ferberus** Daniſcanus, mortuus 1527. 1. Jul. ſepultus Fravenburgi.

19. **Joannes** à Curis, aliàs Flachſbinder nominatus, Daniſcanus, ante Culmenſis Episcopus, factus eſt Vvarmienſis, an. 1537. Mortuus verò an. 1547. 1. Julii.

20. **Tiedemannus Giele** Daniſcanus, Culmenſis prius Episcopus, poſt Vvarmienſis, factus an. 1549. Mortuus 1550. 24. Octobr.

21. **Stanislaus Hoſius** Cracoviensis, antea Culmenſis, Vvarmienſis poſtea Episcopus, creatus anno 1551. Cardinalis deinde electus, & Præſes Concilii Tridentini: Mortuus in Italia anno 1579. 5. Auguſti.

22. **Martinus Cromerus** de Brietz, J. U. D. & rerum Polonicarum ſcriptor, Canonicus Cracoviensis & Fravenburgicus, Episcopatus coadjutor. Mortuus an. 1589.

23. **Andreas Bathorius** Cardinalis, Regis Stephani ex fratre nepos. Præfuit an. 1598.

CULMENSES EPISCOPI.

1. An. 1214. converſus ad fidem Chriſtianam Boruſſus, nomine Surbauno, in baptiſmate Paulus nominatus, primò Boruſſiæ Episcopo Chriſtiano regionem Libaviam: item alius Boruſſus Vvarpodo, in baptiſmate Philippus nominatus, terram Luſitaniam eodem anno donavit & exhibuit. Anno autem 1222. Conradus Dux Maſoviae, & Episcopus Plozovenſis, omnia bona que in diſtione Culmenſi poſſidebant, eidem Chriſtiano attribuerunt, à quo poſtea ad ordinem Teutoniam tradita, eique addita ſunt. Anno 1243. miſſus à Papa Innocentio I. V. à latere Boruſſiam legatus Vvilihelmus Episcopus Mutinenſis, quatuor ordinavit Episcopatus: & ſic Chriſtianus hic, Culmenſis Episcopus primus numeratur.
2. **Henricus**, vel Heidenricus, Dominicanus, Baſilicam Culmenſem erexit. Mortuus an. 1254. 1. Julii. Vacavit Sedes annos decem.
3. **Fridericus** mortuus anno 1272. 25. Martii.
4. **Vvenericus** Frater Ordinis Teutonici, obiit 1291. 20. Octobris.

EPISCOPI POMERANENSES,

DE QVIBVS HEC TANTVM  
crui potuerunt.

- A 5. Henricus, defunctus an. 1301. 25. Novemb.
  - 6. Hermannus, qui arcem Friedeck muro circumdare cepit, mortuus anno 1311. 13. Julii. Vacavit Sedes annos novem.
  - 7. Nicolaus Dominicanus decessit 1323. 28. Septemb.
  - 8. Ocho, Sæcularis, obiit an. 1349. 19. Junii.
  - 9. Jacobus, è vita obiit an. 1359. 23. Septemb.
  - 10. Joannes Shandenland Dominicanus, Theologiae Magister, factus postea Episcopus Hildesheimensis.
  - 11. Vvighboldus, deferto Episcopo, in exilio mortuus Coloniae, an. 13...
  - 12. Reinhardus Comes à Teitz, an. 1390. vitam cum morte commutavit.
  - 13. Nicolaus à Buck, alias Schippenbiel, Frater Ordinis Teutonici, postea factus Caminenfis Episcopus anno 1398.
  - 14. Joannes Dux Opele, factus post Episcopus Leslaviae, anno 1402. Mansit tamen istius Episcopatus administrator.
  - 15. Arnoldus diem suum obiit Lobaviae an. 1416.
  - 16. Joannes Mergenavius, cuius temporibus magnum illud bellum an. 1454. in Borussia excitatum est; qua de causa Episcopus abdicatus, mortuus est ante exitum belli an. 1462. Turonii, ubi & sepultus.
  - 17. Vincentius Kelbassa, qui se magno bello ingessit, seque Culmensem. Vvarmiensem & Pomeranensem Episcopum appellabat mortuus est an. 1480.
  - 18. Stephanus à Neidemburg, obiit anno 1495. sepultus Culmenfèbat.
  - 19. Nicolaus Czapitz Turonensis, sese Episcopatu abdicavit an. 1509. defunctus Loebaviae an. 1514. In Monasterio ejus loci sepultus.
  - 20. Joannes à Connepat. Loebaviae, obiit an. 1530. ubi in summo templo sepultus.
  - 21. Joannes à Curiis, alias Flachsbinde, Dantiscanus, factus Episcopus Vvarmienfis, an. 1537.
  - 22. Tredemannus Giele Dantiscanus, Canonicus Fravenburgicus, factus post Vvarmienfis Episcopus, anno 1549.
  - 23. Stanislaus Hofius Cracoviensis, qui postea Vvarmienfis Episcopus factus, an. 1551.
  - 24. Joannes Lubodzeski Nobilis Polonus, factus Episcopus an. 1551. Stargardi mortuus anno 1562. ultimo Aprilis, Culmenfèbat sepultus.
  - 25. Stanislaus à Sihlavy, Nobilis Borussiae, Abbas prius Pablini, mortuus Loebaviae an. 1571.
  - 26. Petrus Kofitzk à Stangenberg, Nobilis Borussiae, ab Henrico Rege Poloniae, & postea Franciae, Culmenfis renunciatus Episcopus an. 1574.
- EPISCOPI SAMLANDIÆ,
- DE QVIBVS NIHIL PRÆTER  
mnda nomina haberi potuit.
- 1. Henricus I.
  - 2. Christianus.
  - 3. Sigefridus.
  - 4. Joannes I.
  - 5. Jacobus.
  - 6. Bartholomæus.
  - D 7. Theodoricus I.
  - 8. Henricus II.
  - 9. Henricus III. hic ab aliquibus ponitur Joannes II.
  - 10. Henricus IV.
  - 11. Henricus V.
  - 12. Michael.
  - 13. Nicolaus I.
  - 14. Theodoricus II.
  - 15. Joannes II.
  - 16. Paulus.
  - 17. Nicolaus II. Schoenborn Turonensis.
  - 18. Guntherus.
  - 19. Georgius, qui relicto cœlibatu ductaque uxore, Duci Alberto primo Borussiae Episcopatum resignavit.
  - 20. Joannes Drismannus.
  - 21. Joannes Aurifaber.
  - 22. Joachimus Moerimus.
  - 23. Tilemannus Heshnius.

- 1. Arnestus Dominicanus, mortuus an. 1269.
- 2. Albertus ß. 1284. 26. Septemb.
- 3. Henricus ß. 1302. 20. April.
- 4. Christianus, mortuus 1305. 14. Decemb.
- 5. Lucke, vel Ludovicus ß. 1322. August.
- 6. Rudolphus ß. 1333. 1. Julii.
- 7. Bertholdus ß. 1346. 28. Novemb.
- 8. Arnoldus frater Ordinis Teutonici ß. 1364. 29. Janu.
- 9. Nicolaus I. ß. 1376. 28. Octobr.
- 10. Joannes I. ß. 1409. 7. Martii.
- 11. Joannes Kinnan Theol. Doctor ß. 1417. 4. Septemb.
- 12. Bernhardus, alius Gerardus ß. 1427.
- 13. Joannes ab Heilsberg ß. 1440. 12. Maji.
- 14. Gaspar Linckius Crittburgensis ß. 1462. 28. Oct.
- 15. Nicolaus II. mortuus Regiomonte an. 1471. 29. Ap.
- 16. Vincentius Kiehbassa Episcopus Culmenfèbat, administrator Pomeranensis.
- 17. Joannes IV. ß. 1501. 10. April.
- 18. Jobus, Ferreus dictus, Episcopus de Monte gigantum.
- 19. Achilles Cardinalis.
- 20. Gerhardus vel Eberhardus, an. 1525.
- 21. Paulus Speratus.

EPISCOPI POMERANIÆ,  
ET CAMINENSIS.

- S. Otho Comes ab Andechs, Pomeraniæ primus Apostolus, natus anno 1069. Episcopus factus Pabergensis, in Pomeraniam venit, ubi homines ad Christum convertit anno 1124. Rediit Pabergam, ibidem mortuus anno 1130. 30. Septembris.
- 1. Albertus Monachus Magdeburgicus, S. Othonis collega ac focus in conventibus Pomeraniæ, primus Episcopus Julini, ß. 1168.
- 2. Conradus I. sub quo Episcopatus, Julino à Danis exciis, Caminum translatus an. 1185.
- 3. Sigefridus.
- 4. Sigervinnus, alius Sigifmundus.
- 5. Conradus II.
- 6. Conradus III. Comes Gutzcovius.
- 7. Vvilmhus S. Theologiae Doctor.
- 8. Hermannus Comes à Gleichen, Huic Hermannus, & Ecclesie Caminenfis Dux Barnimus I. & Bugislaus III. jus omne quod habebant in civitate Colbergensem & totum ejus territorium, vendiderunt. Mortuus an. 1287.
- 9. Jarimus Princeps Rugianus, obiit diem suum 1299.
- 10. Petrus Dominicanus.
- 11. Henricus Vvacholt Nobilis. An. 1304.
- 12. Conradus IV. vivebat adhuc an. 1324.
- 13. Arnoldus, alias Vvilmhus, Dominicanus.
- 14. Fridericus ab Aichstat, anno 1333.
- 15. Joannes Dux Saxonie, an. 1345. obiit 1373.
- 16. Philippus Lumpach à Recheberg.
- 17. Joannes Vvilkinus, remotus.
- 18. Hannæus Bohemus, Cæsaris Vvenceslai Cancellarius remotus.
- 19. Joannes Dux Opele.
- 20. Nicolaus à Buck, ex Culmenfi, Pomeranorum Camini Episcopus factus, an. 1398.
- 21. Bugislaus Dux Pomeraniæ, postulatus, sed non confirmatus.
- 22. Magnus Dux Saxonie, an. 1403.
- 23. Sigefridus Bock de Stolpe, an. 1414. mortuus 1446.
- 24. Henningus Juen Stolpenfis, primus Cancellarius Academiae Grypivvaldenfis.
- 25. Ludovicus Comes ab Erbsfains, postulatus, sed Episcopatum resignavit.
- 26. Marinus de Trigeno Italus, à Papa Sixto IV. missus, an. 1491.
- 27. Benedictus à Vvalstein, vendidit successori Episcopatum.
- 28. Marinus Karet, Theologiae Doctor, anno 1498. obiit 1522.
- 29. Erafinus Manduel Amshufanus, mundo valedixit 1544.

- A 30. Joannes Burgenhagus Vvöllinensis, Ecclesiastes Vvitenburgensis, Episcopus electus, sed reclusus vit.
- 31. Bartholomæus Svvanenius à Stolpe, militum ductor Butoviensis, resignavit.
- 32. Martinus Vvejer hæreditarius ad Lebam, vitam reliquit an. 1556.
- 33. Joannes Dux Pomeraniæ, electus an. 1556.
- 34. Casimirus Dux Pomeraniæ, creatus an. 1574.

MORAVIÆ SIVE OLOMUCIENSIS  
EPISCOPORUM SERIES.

Per Augustinum Moravorum supremum Regis  
Vngariae Secretarium.

- Primus Archiepiscopus Moraviae Cyrillus, natione Græcus, prius Constantinus Philosophus dictus, à Nicolao II. Pontifice Maximo, anno Christi 887. Ecclesiam Velegradensem suscepit, postquam Triballus primus, inde Svvatophlum Moravorum regem, cum universa gente (que Vistula, Danubio ac Vago fluviis terminabatur) in fide Christi initiarat.
- B Fuere hi Marcomanni veterum quondam historis celebratissimi. Hic quem Ecclesie quique ferme ante præfessit, Archiepiscopatu cessit, Adrianiæ pontificis nutu, Methodium fratrem Ecclesie Velegradensis præfecit. Qui cum juniore Vvatophlo multis injuriis ac contumeliis cum clero suo afficeretur, Ecclesie huic sacris interdixit, Romanque concessit: revocatusque non multo post, quum nihil remissius rex in clerum sevirer, omnibusque sceleribus & vitis homo sanguinarius flagraret, beatus Methodius gregis sui perditionem ferre non valens, Romam iterum rediit, atque illic an. Christi noningentesimo septimo, ex hac luce migravit, in Ecclesia D. Clementis (cujus corpus Cyrillus ex Chersona Ponti Romam attulerat) sepultus: post cuius obitum sedes Episcopalis quinquennium ferè vacavit.
- 1. Joannes ex Moravia Episcopus primus beato Methodio in Pontificatu successit, Episcopalemque sedem in oppido Poleslovicz, in Ecclesia sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, an. sedecim ferè rexit, religiosèque administravit.
- 2. Silvester Moravorum Episcopus secundus, Joanne vita defuncto, Episcopales insulas, anno Christi quadagesimo secundo supra noningentesimum, suscepit, Episcopatuque decem & novem annos præfedit; post cuius mortem Episcopus Ratiopolitanus Ecclesie (que tum Bajorum erat metropolis) usque ad annos triginta quatuor fuit unus: inde verò per Benedictum septimum, tempore beati Adalberti Pragenfis Archiepiscopi, opera Boleslapi, Ecclesie Pragenfis annexus, que uno nonaginta duobus an. duravit, usque ad Severum Episcopum Pragensem, ac Uratislam Regem Boemiarum primum, cuius opera, annuente Alexandro Pontifice Maximo, Episcopatus rediit ad Moravos.
- 3. Joannes Moravorum Episcopus tertius, sancti Stanislai Cracoviensis Episcopi coactancus, consentiente Severo, ex Canonico Pragenfi, à Segefrido Moguntino Episcopo ordinatur, an. sexagesimo tertio supra millesimum Pontificatus curam suscepit. Moritur an. Christi millesimo octogesimo sexto, septimo Calendis Decembris: post cuius mortem Episcopus quique ferme an. vacavit, occupante eum iterum Gebhardo Episcopo Pragenfi.
- 4. Andreas Moravorum Episcopus quartus, ex Pragenfi Canonico Joanni sufficitur, an. Christi 1091. & à Richardo Moguntinensi Episcopo consecratur. Hujus Pontificatu Uratislaus primus rex Bohemiæ Episcopalem Sedem ex Poleslavicz transfudit in Olomucz, atque illic Ecclesiam Cathedralem sub titulo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in suburbis erexit: cui quum Andreas quinquè annis præfessit, moritur, atque in Ecclesia sua sancti Petri sepelitur.
- 5. Petrus Moravorum 5. & Olomucensium 11. Canonicus Regularis Cœnobii Strahoviensis, ex quo deinceps an. centum & quinquè, Episcopi electi fuerunt. Petrus autem moritur an. 1104.
- 6. Joannes Episcopus, dictus Vventrosus, Canonicus in Strahovy, concordato voto Ecclesie Olomucensis præficitur: non tam religione vitæque sanctimonia clarus, quam de Ecclesia benè meritus, obiit an. 1126.
- 7. Henricus cognomine Zdik, illustris Uladislai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahoviensis cœnobii professus, Johanni succedit: mixæ sanctitatis ac Innocentis Pontificis, miserorumque singulare profugium. Huic emigravit an. 1150.

- 8. Joannes Canonicus regularis de Lythomis. Hic dum Episcopatu septem annis præfessit, moritur: quando & Valdensium hæresis Moldaviam infestavit.
- 9. Joannes cognomine Calvus, cathedra Olomucensis concordati omnium voto præficitur, Strahoviensis & ipse cœnobii professus: ut magnè prudentia, eximie largitatis, ac singularis in omnes humanitatis ac benevolentie. Qui cum fedi suæ miro omnium favore benè & laudabiliter quindecim an. præfessit, an. Christi 1172. moritur.
- 10. Dietlebus ex Strahoviensi monasterio Pontificatum iniiit, benèque hunc & religiosè administravit. Moritur an. Chr. 1181.
- 11. Peregrinus, ordinis & ipse Canonicorum ex Strahovy, vir integer & pius. Hic nondum expleto Pontificatu sui quadriennio moritur, & fratribus suis Episcopus in Strahovy attumatur. Quo mortuo, sedes biennio integro viduata est Præfule & Pastore.
- 12. Cain, ex Strahovia, procurante Conrado Marchione Moraviae, Pontificis insulas, opponentibus se iterum F Episcopo & Canonicis Pragenfis, suscepit. Pontifex qualem Paulus esse voluit, hospitalis ac modestus, profusque in omnes largitatis, in Clerumque suum potissimum. Hic quotiescunque Olomucium venit, non Canonicos solum, sed totum Ecclesie suæ clerum ex mensa & quadra sua pavit, facilem & benignum se omnibus exhibuit, religioni mirificè vacavit; de quo id vulgo ferebatur, quod vox ejus sonora ut tuba Dei, & quasi vox Angelorum. Moritur pius & religiosus Pontifex an. Christi 1194. pridie Idus Januariæ.
- 13. Engelbertus natione Brabantinus, Canonicus & ipse regularis de Strahovy & Archidiaconus; erga subditos suos mirificè benignus, sciens boni pastoris esse, tendere oves, non deglubere. Moritur plenus dierum xvi. Calend. Januarii, an. 1199.
- 14. Bavarus Boemus, nobili genere natus, ex Strahoviensi cœnobio, Engelberto in Pontificatu successit: virgula & ventri totus immeritus, seditionibusque & turbis plus quam quieti intentus, bellus & prodigus, miserabili exita vitam finivit. Nam quum in monasterio Milevsvck sacris operaretur, intraque Canonem primam G supra calicem Benedictionem extenderet, apoplexia correptus concidit, omni que membrorum destitutus officio animam Kalendis Octobris exhalavit, an. Christi 1201. Post quem series electionis Episcoporum ex Strahovy cessavit.
- 15. Robertus, natione Anglicus, homo excellenti literatura, magna prudentia, ac morum gravitate insignis. Hic Sarcophagum Divi Christiani, auro & argento vestitum, gemmis pretiosis undique distinctum, pulcherrimo opere celatum magnis sumptibus & impensis Ecclesie suæ contulit, cruentemque pretiosissimam duodecim marcarum auri ab Uladislao Marchione filio Przemisl, seu Ottagari tertii Regis Bohemiæ pro Ecclesia similiter dari obtinuit: omnium luctu moritur an. 1232.
- 16. Fridericus, Roberto vita functo, Ecclesie Olomucensis præficitur. Moritur an. Christi 1241. Post ejus mortem Vvilmhus quidam per Capitulum erat electus, adversus quem Venceslaus Rex Bohemorum Conradum de Friedeburg violentè intrusit: tum Decanus & Capitulum, septennium ferè contra Conradum in Romana Curia causam egerunt, quousque an. Christi 1242. in Brumonem de Schenberck unanimi voto fuit consensus.
- 17. Bruno Comes de Schenberck, natione Saxo, presul nunquam satis laudatus, cedente Vvilmho, pontificis insulas, ac Olomucensis Ecclesie moderamen suscepit: Hic Ecclesiam suam tenuem & inopem adeo auxit & locupletavit, ut eam de novo visus sit & infinita esse & crevisse. Moritur autem an. 1281.
- 18. Theodoricus mortuo Brumoni in Pontificatu successit, non minus gravitate, quam religione ac vitæ innocentia clarus, obiit an. 1302.
- 10. Johannes, dictus Haly, Olomucensem cathedram post Theodoricum obtinuit, vir magnæ prudentia optimeque meritis de Ecclesia sua.
- 20. Petrus cognomine Brada Vvitzæ, Pontificales insulas post Johannem suscepit. Hic dum Ecclesie triennium laudabiliter præfessit, moritur Pragæ in Ecclesia metropolitana S. Viti sepultus.
- 21. Conradus Comitibus publicis Ecclesie Olomucensis

A preficitur: magnanimus Ecclesie tutor & defensor. Constitutiones saluberrimas clero sue diocesis sancivit, plurimique Ecclesiam ornamento auxit. Mortuus Idibus Augusti, anno Christi 326. supra millesimum.

22. Henricus Berka, ex vetusta & insigni familia procerum de Duba. Conrado in Pontificatum susceptus, Olomucensem Cathedrali sancte & religiose administravit. Moritur Praga quarto Calend. Januar. anno Christi 1332.

23. Johannes cognomento Vvolko, filius Venceslai Regis Bohemie, Henrico successit, moxque religionis zelo succensus, monasterium sanctimonialium in Pustimir a fundamentis non parvis sumptibus erexit, copiosique redditibus dotavit, vasisque insuper ac suppellectili argentea magnifice ornavit.

24. Johannes cognomento Ozko, Vvolkone vita sancto, ex Praeposito omnium Sanctorum in arce Prageni, favore invictissimi Principis Caroli Romanorum & Bohemie Regis, Episcopatum Olomucensem sortitur: non multo post ad Metropolitanam Ecclesiam Pragensem translatum, Cardineoque culmini ascriptus, ac rubri galeri honore sub titulo Basilicae duodecim Apostolorum a summo Pontifice insignitus, magna autoritate Ecclesiam sibi commissam administravit, postquam multa laudabiliter gesta, ex hac luce feliciter migravit: sepultus in Ecclesia Prageni. Ferunt, huic genitricem Dei Mariam in arce Raudiok visibiliter apparuisse.

25. Joannes de novo Foro, Episcopus Lythomisensis, ac Caroli Augusti Consiliarius, ad Ecclesiam Olomucensem postulatus, ipsius curam non invidus suscepit. Hic monasterium Heremitarum S. Augustini in Lythomis. a fundamentis erexit, ac liberaliter dotavit: Ecclesiam Olomucensem per familiares Jodoci Marchionis igni consumptam restituit. Moritur anno Christi 380. supra millesimum.

26. Petrus cognomento Gelyro, Ecclesie Olomucensi praeficitur, ex Chorenfi primum sede in Magdeburghensem Ecclesiam translatus: deinde Venceslai Romanorum & Bohemie Regis ductu, Olomucensi Cathedrae praefectus: homo magni animi, deque Ecclesia sua & religione optime meritus: obiit an. 1287.

27. Joannes Jodoci & Procopii Marchionum Moraviae frater germanus, ex Ecclesia Lythomisensi violenter, ac renitentem Capitulo, Cathedrae Olomucensi praeficitur, Jodoco & Procopio bona Ecclesiastica praeter sus occupantibus, miserabiliterque distrahentibus. Quo audit, Urbanus VI. Pontifex Maximus Joannem confirmare renuit, sed paci & tranquillitati Ecclesiasticae consulere cupiens, ad Patriarchatus apicem Aquilejensem promovit.

28. Nicolaum vero de Prussia ex Ecclesia Constantiensi Episcopatum Olomucensi praefecit, dissipatorem Ecclesiasticorum bonorum, magisque Principum commodis, quam Ecclesiae suae visibus faventem.

29. Joannes dictus Miraz, Juris Pontifici Doctor, ex Praeposito Zderensi Ordinis Cruciferorum Sacri Sepulchri, ad Ecclesiam Olomucensem postulatus, homo avarus, & multiplici sacrilegio infamis, anathemate damnatus obiit.

30. Ladislaus, alias Laczko, fauligo, Mirazoni concordibus suffragis sufficitur, ac toxico (ut fertur) an. Christi 1408. necatur.

31. Conradus natione Vvestphalus, humili genere natus regni Bohemie Subcamerarius, Laczkoni succedit, homo vanus & prodigus, artibusque necromanticis ac sortilegiis contra professionem suam (ut ajunt) infamis. Hic bona Ecclesiae iterum deripuit, in duplaque quam praedecessores ipsius pecuniaria summa oppignoravit: favore tandem Venceslai ad Metropolitanam Pragensem sedem translatus: cujus bona, aequaeque in Moravia fecerat, distinxit, in Hussitarum infamiam (que tum pululare coepit), non multo post prolapsus, postquam duo errorum Architecti, Joannes Hus & Hieronymus, Patrum Consilii Constantiensis decreto igni traditi fuissent.

32. Venceslaus cognomento Kralick, Patriarcha Antiochenus, post Conradum Ecclesiae Olomucensis curam in commendam (sicut vulgo ajunt) suscepit: mortuus sine honore an. 1426. Idibus Septemb.

33. Joannes de Praga ex Lythomisensi sede ad Olomucensem postulatus, variam fortunam expertus est, adversante sibi Venceslao Romanorum & Bohemie Rege, & factione aliquorum ab ea sede pulsus; tandem tamen communibus sus-

fragis restituitur, & Cardinalitatis dignitate auctus est. Hic non Pontificem modo gessit, sed fortissimum & militarem & Imperatorem, haereticorum copias ipsius auspiciis sepe fuit. Cum in cataphracho equo infidens, instructus eorum aciebus identidem occurrere haud dubitaret, ob id vulgo Ferreus nuncupatus. Moritur Strigoniam an. 1430.

34. Conradus qui & Kunzo, ex familia procerum de Zvvoles, Johanni successit, Pontifici juris professor, ac facti palatii Apostolici causarum auditor. Hic Ecclesiae suae cura neglecta, Sigismundum Caesarem passim per Pannoniam & Germaniam comitabatur, duorum tantum aut trium familiarium & avaritiam contentus: quamvis praeter Episcopatum multis sacerdotibus abundasset. Mortuus Ulmae in Svevia, quum tribus annis Ecclesiae praefecisset.

35. Paulus nobili genere de Miliczin natus, ex Praeposito Prageni ob memorabilem hominis probitatem Ecclesiae Olomucensis Pontificatum suscepit. Multa hic Ecclesiae bona ab injustis possessores vult vindicare, vel redempti, Ecclesiaeque deno reddidit, gravissimis ob hoc haereticorum persecutionibus attritus, quorum infidias bis aegre effugit: singulare in pauperes pietatis exemplum, quorum greges, quocumque ibat ipsum coniequebantur, praeforisibus hospitibus continue excubant. Moritur tandem pum Pontif. sexto Nonas Maji, Anno 1450.

36. Joannes dictus Haz de Brunna, Paulo vita sancto, Pontificatum obtinuit: quem ipsi prius quam vita excederet destinasse fertur, cum Praepositus Olomucensis fuisset: vir magni consilii, jurisque Pontifici egregie peritus. Hic Ladislaum Alberti filium, regio diademate imposito, in Bohemorum Regem inunxit. Mortuus non multo post in Mugylem oppido Episcopali, ac in Ecclesia sua Olomucensi sepultus.

37. Bohassius, Episcopales infulas Joanne nuper extincto suscepit, juris & ipse Pontifici professor, regique Ladislae (cujus Consiliarius erat) ob rerum augendam peritiam apertim acceptus: Paucis in tempore Ecclesiae praesuit, haereticorum odio, veneno Viennae necatus.

38. Prothasius de Czrnhot, ad Pontificatum ascensus, Ecclesiae Olomucensi praeficitur: Erat homo excellenti ac proceri corpore, facie liberali, mitaque prudentia, ac singulari eloquentia praeditus: sacrorum curam diligentissimam gessit, nihilque Episcopatum ceremoniarum unquam omisit. Moritur peste nono Calendis Septembris, anno Christi 1452.

39. Mortuo Prothasio, Ecclesia Olomucensis longo tempore Antistite suo caruit: quindecimque fere annis apud administratores, ad hoc per Capitulum designatos, administratio & spiritualium & temporalium fuit. Interea factum, Matthia Corvino Pannonia & Bohemia Rege providente, ut Joannes Episcopus Varadiensis ejus curam susciperet, Pontificemque gesserit: quod minus summo omnium applausu annis pluribus detulit. Quo in Ordinem S. Francisci adscripto, Apostolica sedes illius Cathedrae provisionem sibi reservavit, eamque S. R. E. Cardinalibus assignavit.

40. Tamen post aliquot annorum decursum, rursus libertati restituta fuit Ecclesia Olomucensis, & electio Capitulo permissa. Cujus suffragis in Episcopatum designatus fuit Stanislaus Turzonius vir excellens, sub annum Domini 1540. qui obiit anno ..... & successorem habuit.....

*Hac fere ex descriptione Augustini Moravi, supremi Hungariae Regis Secretarii.*

ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM COLONIAENSIS SERIES CHRONOLOGICA.

Colonia Agrippina, urbs est celeberrima ac potentissima ad Rhenum fluvium, Ubiorum metropolis: condita tempore Augusti a M. Agrippa Augusti genero, & avo Agrippinae Germanicae filiae, quam Cl. Caesar in conjugem assumpsit. Nomen inditum ex vocabulo ipsius, atque eo tempore Colonia Agrippina, civis vero Agrippinenses dicebantur. Fuit Romanorum loca, ab Julio Caesare ob fortunam & exploratam fidem, in S. P. Q. R. necessitudinem suscepta. Franci autem gens Germana ac valida, collabescens Rom. virib. Rhenum transgessit, sedibusque in Gallia constituit, dextram Rheni ripam occupant, & anno Christi 355. pertinaci obstinatione Agrippinam referant, & incendio deleverunt: inde rursus ab exercitu Rom. recuperata est, & contra Francorum vim muniflime stabilita. Anno inde Domini 462. Childericus Rex Francorum prius Agrippinam suo regno subiecit, &

A & Romanos una cum suo duce Aegidio expulsi, & Sigebertum regulum Coloniae praefecit. Quare Franci eam ad tempora Ottonis primi occupant, qui eam, autore Brunone ejus fratre ac Archiepiscopo, Rom. Imperii libertatem esse constituit, Fidem ac Christianam religionem, ut ex Scripturis reperitur, circiter an. Incarnationis Dom. 90. suscepit per D. Maternum; & tamen propter persecutiones ad paganismum relapsi fuere, quos S. Severinus ad orthodoxam fidem sub Honorio Imper. reduxit annum circiter 398. Fuit Colonia a D. Philippo ab Heinsberg Archiepiscopo an. Dom. 1167. ampliata; multa conobia, templa atque suburbia, quae extra moenia sita erant, muris circumseptis. Anno vero a Christo nato 1388. optimarum quarumque disciplinarum Universitates ab amplissimo Senatu, a Romano Pontifice impetratae & instituta est. Ex hac Lovanensis, pari dignitate filia, anno Christi 1420. prodiit. Facta est Colonia Sedes Archiepiscopalis per sanctum Bonifacium, Carolo Magno auctore, anno Dom. 743. Electorum sortita est ann. 1003. & sanctus Harebertus primus Elector fuit. In numerum Henricarum civitatum in Convenit Lubecensi ann. 1481. assumpta est. Ipsa praerogativa ac magnificis nitet aedificiis, non solum pietati Catholicae, verum etiam privatorum hominum necessitati congruis. Senatus Coloniaensis in fide Catholica licet ab Haereticis multis insidiis impetatur constantissimus, in majori suo sigillo non embeccit talem inscriptionem proferre: S. Colonia fidei Romanae Ecclesiae filia. Habet & Archiepiscopus suam hic sedem, licet communitur Bonnae resideat, & domicilium suum obtineat. Habet & suos Suffraganeos, seu provinciales Episcopos, Leodiensem, Monasteriensem, Ultrajectensem, Mindensem, & Obnabergensem; olim quoque Bremensem: & omnes antiqua & vera Christi religione insignitur, eamque contra Innovatores profertur, & mortificandis defendunt.

S. Maternus, ut antiqui Annales perhibent, cum suis collegis tempore Apostolorum vixit, imo D. Petri discipulus fuit. Hic illos Roma in Germaniam, ut Evangelium regni caelestis, populis, qui ignorantia tenebris involuti erant, per quod ad aeternum pervenitur lumen, praedicarent, destinavit. Qui ubi advenit, officio minime desierit: siquidem nomen Christi in istis partibus longè lateque divulgaverunt. Maternus autem III. Symmytes, ( de aliis duobus Eucharis & Valerio agetur in Treverensibus ) adversa coepit laborare valetudine, & brevi vita fungitur, quem inde D. Eucharis ex S. Petri iussu ac ejus baculo a morte excitavit: qui primus Coloniaensis factus est Ecclesiae Pastor. Hanc autem functionem diligentissime ac sanctissime ann. 40. ac totidem diebus, juxta quod mortuus fuerat, sub Domitiano ac aliis Imp. executus est. Vitam autem ejus multis clarissime virtutibus, gestorum ejus scripta commemorant. Populus Ubiorum gentili errore detentus, Christiana doctrina illuminavit circa an. Dom. 94. & factus est omnium divini verbi ministrorum absolutissimum exemplar: Tunc quidem temporis nondum erant provinciae per dioeceses & parochias distinctae, quare ipse Agrippinensem, Tungrensem, Treverensem, quas piis & assiduis concionibus in viam Christianam veritatis ac fidei adduxit, pariter rexit Ecclesiam. Verum Imperatorum infidelium impietas plurimum obstitit, quo minus fidei lumen exoriri potuit. Coloniae Oratorum in honorem divi Matthiae apud portam Clericorum, ( antiquum retinens nomen ) construxit. Apud Bonnam, Ecclesiam in honorem sancti Joannis Baptiste dedicavit, quae postea in virginum nobilium Collegium evasit. Coloniae vitae finem facit circa an. Dom. 34. & dum de sacro ejus corpore a suis incolis parochianis, quibus praesuit, dissepere, ubi recondi deberet, ex casuali peregrini consilio, navigio est impositum, & statim ultra confluvium divino nutu Treverim recta ascendit, ut suis clarissimis collegis corpore in terris, ut in spiritu in caelis, conjungeretur. Baculus ille, quo sanctus Maternus fuerat excitatus a morte, cum nec Coloniae, nec Treverenses servare poterant, praeter D. Stephanum Sacellum apud Metenses tempore S. Servatii, in Hunnorum devastatione, tandem apud utramque Ecclesiam dispersit, remansit, & usque in hodiernum diem inter sanctorum reliquias in veneratione habetur. Post mortem S. Materni Coloniaenses ad paganismum relapsi, donec Gothi Arriani Coloniae occuparent, & Haereticum Episcopum constituerunt Euphratum, qui an. 20. sedit. At anno 398. exactoratus fuit, & proscriptus.

2. S. Severinus in Apostata Euphrate locum, cunctis Clero & populo suffragantibus, creatus est Episcopus, tempore Damasi Romanorum Pontificis ad Theodosium II. Imperatoris. In Gallia primo apud Senonas egit Episcopum, ex Angeli autem prophetia apud Agrippinam. Patrum decreto, ordinatus est ibidem Episcopus. Incidit autem in periculosa Arrianae haereticos tempora, qui ita vixit, ut fuerit valde spectabilis in Ecclesia Dei, ut qui Arrianam perfidiam, divino adminiculo, sua vigilantia contudit ac propulsa. Agrippinensem non duntaxat Ecclesiam, verum etiam vicinas Ecclesias ab ea haerese repurgavit. Coloniae in honorem SS. Cornelii & Cypriani Ecclesiam construxit, & fratrum Conventum, quibuscum sanctissime vixit, insinuit. Fuit coeuvus D. Martini Turonensis, ac cum illius anima in obitu ad caelum deferretur, audivit voces Angelorum, deferentium animam sancti viri ad caelos. Quod cum denegatum fuisset ejus Diacono, eo orante, & ipse audivit melodiam. Erant autem ambo hi Severinus & S. Martinus in contemptu saeculi non dissimiles, ut ergo in caelestis gloria aequali fulgerent gaudio, prophetiae spiritum ostentum est. Demum in aetate gravi profectus est in natale solum, Burdegalam, ut suos visiteret. Occurrit ei S. Amandus Episcopus, qui cum una cum Clero ac populo religiosissime excepit. Hic adversa laborare coepit valetudine, & convocatis fratribus, praedixit se in eodem loco mortis soluturum debitum, & locum sedis propriae corporaliter amplius non visurum. Sicque sanctus Pontifex post datam benedictionem, onustus virtutibus, quibus promeretur Deus, consummato feliciter vitae cursu, ad regna migravit aethera, 23. Octobr. Praesuit autem ann. 40. maximo animarum emolumento. Corpus ejus a S. Amando honorifice datum est sepulturae. A morte Deus ejus vitam crebris miraculis illustriorem reddidit.

3. S. Euergisius natus est apud Tungros, quae & Octavia dicitur ( quae tum temporis erat amplissimum oppidum ) S. Severino a puero adhaeserat, quem tandem probe instructum, Archidiaconum suum ordinavit, qui & in transitu D. Martini cum suo magistro voces meruit audire angelorum. De sancto autem S. Severino, Clerus & populus Agrippinensis eum sibi ann. gratia 438. ad clavum Ecclesiae admovere. Hac jam ornatus sede, oves sibi creditas instruit, & a peccandi consuetudine retraheret, & urbem ad tantum provexit splendorem, ut Airea Colonia ab incolis appellaretur. Fuit autem ipse acris ingenii, in divinis literis eruditus, vita purus, & ad Christianam philosophiam penitus expeditus, Doctor Ecclesiae incomparabilis. Praesuit autem laudabiliter, ac summo Christianae pietatis promovendae & ampliandae studio, an. 15. Ob pastoralis sollicitudinem, profectus est Tungros, ut fordes idololatriae eliminaret: ubi cum nocte quadam ad Dei genitricis Basilicam causa orationis properaret, a latronibus, qui nocte jugulant homines, in valvas, ac ichu teli 18. Calend. Octobr. interemptus est.

4. S. Aquilinus, qui quibusdam Solinus, an. salutis nostrae 643. ordinatus est Episcopus. Praesuit hic utilissimè ac religiosissime, tum concionando, tum bene vivendo, an. 10. Hic sanctam Ursulam, aliasque sacras virgines, suis sepelevit manibus. Siquidem circa haec tempora an. Dom. 466. accidit illud cruentissimum undecim millium Virginum martyrium, ob Catholicae fidei integritateque constantiam, tempore Martiani Imperatoris Rom. sub Attila Hunnorum Rege tyranno truculentissimo.

5. Simoneus venerabilis Colon. Pontifex, praesente coepit an. salutis 511. Hic praedicationis ac villicationis suae munere fideliter completo, beatum finem adeptus est.

6. Carentinus optimis comparandus Pontificibus, sub Justino Imperatore. Nam ea tempestate non nisi insigniter doctus, & zelo pietatis instructus, ad eum Episcopatum pervenire potuit. Hic a Fortunato Episcopo Pictaviensi, a doctrinae integritate, vitae honestate, zelo justitiae ac aliis non vulgaribus virtutibus, haud mediocriter commendatur.

7. Remidius Pontifex bene doctus, qui & alios docere potuit, an. virginiae partus 914. praesente coepit. Fuit sane talis, ut hoc Pontificatum minime fuerit indigenus. Licet Annas de eo sobrie scribat, insignem tamen fuisse virum, tum locum, tum celebritatis religio, & magnorum praedecessorum exempla persuadent: siquidem verbo & opere vitae, plurimum Christianae Reipublicae profuit.

8. S. Cunibertus natus est apud Mosellanos. Primus fuit adolescentie annos in Francorum regis aula admodum pie

16. Rangefridus, sive, ut nonnulli volunt, Abericus, anno Domini 746. ad clavum Ecclesie sedit, rexitque fideliter annis 20.

17. Hildebertus anno salutis humane 778. cum apud regem Francie Cancellarium (ut vocant) ageret, Ecclesie regimen suscepit. Fuit vir multis magnique animi dotibus ornatus, & majoribus vite meritis suspiciendus. Casu lapsus est de equo & corporis jacturam non mediocrem passus. Inde Divi Eberhardi Episcopi beneficio, quem postea apud Insulam Vverdenam terra levavit, consequutus est sanitatem. Cum postea a Pipino rege Gallie contra rebelles Saxones mitteretur pro pace faciendâ, apud Vveseram fluvium pro constantia fidei & regni casus est, martyr Christi factus in bello. Delatus est Coloniam, & apud Aureos martyres in sacello divæ Helenæ sepultus. Apud ejus sepulchrum hæc inscriptio in saxo incisa est:

*Hildebertus meritis, qui fuisit Episcopus almis*  
*Assumptus calo.*  
 Obiit Incarnationis Dominicæ anno DCCCIV. 4. Kalend. Julii. Præfuit an. 26.

18. Bertholimus canonicè electus succedit, qui præfuit an. Decem, sub Pipino rege Caroli Magni patre.

19. Ricolphus in successorem eligitur anno tertio, sub Carolo Magno, qui præfuit an. 21. laudabiliter.

20. Hildeboldus, qui alibi dicitur esse Albericus, ex honesto sacerdote, ob animi candorem & innocentiam, Caroli Magni auctoritate constitutus est Ecclesie Colonienfis mirabiliter Antistes. Præfuit hic optimus Episcopus utilisimè ac summa cum laude. Ludovicum Caroli Magni filium Aquigrani in regem Rothanorum consecravit. D. Petri monasterium Colonie, ubi modo est summum templum, in quod ferè omne Episcopi sepulti sunt, construxit. Olim templum S. Eugenie, quod nunc est S. Cæcilie, pro summo templo habebatur. Hic S. Luterum sacerdotem ordinavit & Episcopum consecravit, & cum inde apud Trifones verbi Dei præconem constituit, qui Monasterium primus fuit Episcopus. Tandem Hildeboldus huc mortali vite vale dixit, & ad Aureos martyres, id est, D. Gereonem, sepultus est, vir sanctitate conspicuus.

21. Hattebaldus, sive Hagebaldus, unanimi cleri & populi consensu constitutus est Episcopus. Fuit vite bonitate ac morum integritate præditus. Sub eo festivitatis omnium Sanctorum in Ecclesia celebrari cepit. Præfuit laudabiliter sub Ludovico Pio an. 12.

22. Guntherus, sive Guntharius, ex nobili Francorum stirpe prognatus, assumptus in summum sacerdotem circa ann. Domini 890. Fuit vir in sacris literis apprime eruditus, ac magno animo præditus. Verum cum divorcium Lotharii Lotharingie Ducis approbasset, excommunicatus fuit. Cum autem excommunicatione non cunctasset, ac Roma rediret, atque apud Xantos facta operaretur, sacris vestibus ab Angelo (ut ferunt) spoliatus, ac brevi motu us est.

23. S. Villibertus, precibus & intercessione Caroli III. diligenter populo Agrippinensi commendatus, consequutus est Pontificatum per legitimam electionem. Fuit ante presbyter Colonienfis, doctus pariter ac pius. Habuit Synodum Colonie, cui Moguntinus ac Trevirus Archiepiscopi interfuerunt. Statutum sublatum est, ut sacerdotes sacris litteris operam sedulo dent, ovesque Christi fideliter pascant, neque eas malis exemplis trucident. Præfuit Episcopus sub Arnulpho Imperatore an. 24. laudabiliter, mortuus an. Dom. 889. cuius ossa apud sanctum Andream conservantur.

24. Hermannus cognomento Pius, ab unanimiter consentiente Clero summi Collegii, eligitur An. Dom. 890. Archiepiscopus Colonienfis. In aula Arnulphi Imperatoris summæ erat auctoritatis. Fuit utique vir bonus, justitiæ ac æquitatis promotor ac defensor, iniquitatis ac violentiæ vindex. Præfuit an. 25. sub tribus Imperatoribus laudabiliter, & à morte anno reparatae salutis 924. in Ecclesia D. Marthæ, qua nunc est S. Andree Apostoli, sepultus.

25. Vvitfredus anno salutis æternæ 925. creatus est Pontifex, ac in eo administrationis munere annis 25. sub Henrico Aucupe inculpate vixit. A morte bonus ac fidelis pastor superis ipsiusbus sociatus est, anno Incarnationis Christi 953.

26. S. Bruno ex regali ac honestissima familia, Henrico Imp. ac Saxonie duce, patre, matre Mechilde, matrona religiosissima

ama, natus est. Fuit in Brunone magna sublimitas & summa apud eum humilitas: fuit natalium nobilitas, honorum divitas, scientiæ excellentia, animi ac habitus sublimis. In primis annis optimo juvenitatis institutori Baldrico, Episcopo Trajectensi, ut in bonis litteris ac moribus educeretur, ac institueretur, traditus est. Habuit & alium, scilicet Israel, Episcopum prudentem, moderatorem, qui verè de eo testatus est, eum virum sanctum evalurum. Tale magistri de discipulo extat testimonium. Sub his in sacris literis ac moribus honestis plurimum profecti. Poetarum lectione, præsertim Christianorum, valde delectatus est. Cumque ejus frater, Otto nati major, ad Imperium post patrem anno Domini nostri 937. sublimatus esset, ad aulam ab eo evocatur. Hic jam pietatis ac eruditionis sue mira & rara dedit specimen. Bibliothecam suam semper secum gauderet, se gessit attentissimum. In aula calamitosus ac pauperibus fuit consilio & solatio. Vvitfredus Colon. Ecclesie pastor, fides patri ac regie majestati, relictis terris, cœlum adit: mittuntur igitur e sanctissimo Colonien. Ecclesie Senatu, nondum humato prædecessore, quatuor summi viri, & eodem numero laici, viri eruditione ac gravitate excellentes, ad Imperatorem, petunt Episcopum. Sciens ac probè nolens Imperator fratris ingenium, eis eum obtrulit. Bruno vocationem hæc, tanquam à Deo factam, submissè suscepit: tum Coloniam, summa animi gratitudine eum amplexi fuit. Cum jam in summum sacerdotem esset consecratus, nihil tam sibi in votis habendum arbitrabatur, quam religionem in sua diocesi in officio conservare. Omnem vite luxum ac vestium mollietatem execratus est, & suo exemplo ad hoc alios instigavit. Cumque naturali plurimum polleret facundia, ipsemet magno cum fructu tum prædicabat, tum provinciam suam diligenter visitabat. In conquiritendis SS. reliquiis sedulus, omniumque salutem curanda indefessus existit. Condidit testamentum, & omnia sua in Ecclesia usum ac pauperum sustentationem distribuit. Obiit autem ann. Dom. 924. cum summa cum laude ac pietate annis 12. præfuisset. Corpus ejus exanime brevè delatum est Coloniam, ac in suo monasterio, id est, D. Parthalonis, multis collarymantiis, ut iusserat, tumulatus est.

27. Volkmarus Brunonis Archidiaconus fidelissimus, quo in omnibus suis negotiis conjunctissime fuerat usus, in regimine succedit: verum non in ea magnificentia excellit. Præfuit sub Otrone II. annis 4. mortuus est anno 929. Ducatus Lotharingie Ecclesie Colonienfis per Brunonem additus fuerat, verum sub hoc Volkmaro, Imperatore annuente, per regem Francie subtrahitur.

28. Gereon filius Marchionis Lusatiæ, singulari animi mansuetudine & pietate, post eum præfisse anno Domini 930. cepit. Electus quidem fuerat legitime, verum Otto II. Imperator in vestituram gerere conferre voluit, donec per Angelum Cæsar adventus, libenter acquievit, ac eum postea plurimum venerans est. Præfuit annis 7.

29. Vvatinus, sive Vvalramus, fuit Gereonis religiosissimi prænitii Diaconus, ad planam infidus in dominum suum. Cum enim Archiepiscopus vehementi capitis dolore, quem morbum Ecclesiam dicunt medici, laboraret, & mortuo per aliquot horas non esset dissimilis, & cum ea ægritudine corperetur, hujus fraude (ut fertur) optimus oppressus est & sepultus. Cum jam sublatum esset, Vvalramus Episcopatum ambiit & obtinuit: verum demùm ductus penitentiæ de celere, Roman profectus est, reatum suum summo Pontifici confessus, ac ea ratione absolutus, ut novum institueret monasterium, aut vetus aliquod in sua diocesi instauraret. Monasterium igitur D. Martini Colonie restituit, ac bonis multis pro religiosis ex Scotia, quod S. Brigida, in cuius honorem Episcopus vicinam consecravit parochiam, virgo Scotia fuit, dotavit. Hic Episcopus baculum D. Petri, quem S. Bruno Coloniam integrum transfudit Meis, & petitionem Egberti Trever. Archiep. per medium secuit, partem Colonie retinuit, & partem Treviri assignavit. Cumque annis 9. præfuisset, anno Domini 975. aut circiter, mortuus est, in monasterium D. Martini sepultus.

30. Evergerus anno salutis 988. propter insignem probitatem & prudentiam, designatus est Episcopus, & annis 15. fideliter præfuit: qui à fato in monasterio S. Petri repositus est anno Domini 990.

*Hinc decorat pietas, & sobria vita fidesque.*  
 L. B. T. heat. vita Human. Tom. III.

*Impolluta, virum candidum ad astra vocat.*

31. S. Herebertus, vixit in Episcopatu Colonienfi annis viginti tribus, mensibus duobus, diebus viginti duobus. Cæpit autem sub Otrone III. anno Domini 990. Natus ex illustri familia ex Comitibus à Rodenburgo ad Tuburum, traditus literarum studiis sub Gumperto præceptore, viro doctissimo, qui postea factus est Pontifex Romanus, & Silvester secundus. Præfuit summa cum laude, & non sine opinione sanctitatis anno 1021. ac miraculis à morte claruit.

32. Pilligrinus Divi Hereberti ac Imperatoris Henrici decreti, ex honesto sacerdote, anno Domini 1021. in Archiepiscopatum constituitur. Diocesim annis 15. prudentissimè administravit, & Basilicam SS. Apostolorum Colonie, quam S. Herebertus fuerat aëpiscopus, & collegium ipse feliciter consummavit, & congregationem pro 40. Canonicis, viris modestis, instituit. Clerum auxit, opeque in ejus honestam sustentationem contribuit, & pacificè vivendo norma fuit, templaque passim per diocesim construxit: consecravit in Imperatore Conradum Svevum Aquigrani. Mortuus, in suam Ecclesiam Apostolorum honorificè est sepultus.

33. Hermanus II. Palatinus Rheni, cognomento Nobilis, eligitur in Archiepiscopum unanimi totius cleri & populi consensu, sub Conrado II. Imp. Qui diocesim legitime ac optimo jure acquisitam, sibi que donatam, magno subditorum commodo administravit. Et sine armis decretandum erat, sine pace res turbulenta transigenda, ad utrumque paratus erat. Ecclesiam S. Severini ex vetustate collapsam ipse sub Henrico IV. renovavit & amplavit.

34. S. Anno ex superiori Germania, habuit avunculū, qui erat Canonicus Bambergensis, & ejus disciplina ac instructione talis evasit, ut merito sua familia, imò totius patriæ decus appelleretur. Ob excellentem literarum eruditionem, in Gymnasio Bambergensi factus est Rector: verum Henricus III. Imperator eum ad Palatium accersit, ejusque consiliis plurimum delectatus est. Erat autem præter animi virtutes, corporis dotibus haud mediocribus ornatus, statura procerus, vultu venerabilis, eloquens, inedia patiens, erat & recte ac justitiæ tenacissimus, nemini adulari, ac timens Deum, in pauperes liberalis. Imperator eum ad Archiepiscopum Coloniam Hermannum II. misit legatum. Qui via prudentia & in rebus agendis dexteritate, deliberat cum ius, cum videret sibi rotem imminere, ut eum in Episcopatu haberet successorem. Moritur Hermannus, & juxta ejus præfugium, ut Anno Legatus Cæsareus pro Archiepiscopatu assumatur, omnes boni exoptant. Igitur consecratur Episcopus anno Domini 1055. Nonas Martii. Veste utebatur simplici, mensa quoque frugali. Multa in pauperes, in religiosos, in monasteria, ejus fuit liberalitas. Goslarie Principum conventui interfuit, ubi à Victore summo Pontifice & Imperatore Henrico III. honorificè exceptus est. Cum Imperatoris vidisset mores, ei mortem vicinam prædixit, & filium ejus educandum suscepit. Apostoli documentum diligenter memorabat: In omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Suis multijugè eruditionis concionibus, ad quas multi confuebant, multum fructus præfuit. Colonie pro pauperibus, ac languidis, in sine construxit Xenodochium, & in hoc multa impendit subsidia. Miraculis etiam in vita claruit, multique laboribus defatigatus & fractus, gravi cepit laborare morbo, & obitum suum prævidit ac prædixit, sepulture quoque locum designat. Demum decumbens, quam diligentissimè se ad mortem præparavit, & postremò anno Domini 1064. Pontificatus sui anni 21. pridie Nonas Decembris, feliciter ex hoc mundo ad cœlum emigravit. Corpus ejus exanime per septem dies Colonie permansit, & maximis exequiis celebratum est.

35. Hildolphus Canonicus Goslaricenfis, ac Henrici IV. Imperatoris Sacellanus, Archidiaconus D. Annonis, anno Domini 1067. in Archipræsulem assumptus est. Præfuit annis 15. utilisimè ac summa cum virtute, tum omnium laude, ut verus Israelita in quo dolus non fuit.

36. Siegevinius Decanus Ecclesie Colon. majoris, juxta D. Annonis præfugium, ut & superior, creatus est Archiepiscopus. Præfuit laudabiliter administrationi suæ annos 5. Ex hoc calamitosissimo seculo ad beatarum animarum felix domicilium emigravit an. 1089.

37. Hermannus III. Dives vulgò dicitur, ex Saxonia, filius Comitum Northem, an. Dom. 1089. Erat hic reverens rerum Episcopatus inspector & gubernator diligentissimus, honestè

O conver-

A conversionis; Absente Imperatore, ipse Imperii Romani vicem prudenter administrabat. Reliquias S. Severini in auream capiam; quam ex sua substantia opulenta constari fecit, reposuit.

38. Fridericus I. Marchio Forolivienfis, an. Dom. 1112. unanimiti consensu Canonico electus, succedaneus Hermannus fuit. Præfuit prudenter & utilissimè an. 26. Erat egregie doctus, sapientissimus, multique virtutibus egregie conspicuus Princeps. Hic Coloniae Lotharicum unâ cum sua uxore Rixa in Imperatorem unxit. Cum verò bello à Bavaris & Svevis impetetur, parva manu ingentem hostium exercitum propè Anternacum postavit; inde ipsam oppidum muris & turrib. cinxit, quod prius pagus erat; ac plura monasteria edificavit.

39. Bruno II. filius Adolphi II. Comitum de Alene & Mûnten, an. Dom. 1152. Præpositus S. Gereonis, magis miratus, quam legitime assumptus. Fuerat quidam alius, scilicet Godofridus Præpositus Xantenis, vir bonus, electus: verum hic ob gratiam Cæsaris, cuius sequebatur castra, admissus. Post vir non ineptus, verum morbo comitiali laborans. Mortuus in Apulo: Barre; & ibidem in templo D. Nicolai sepultus. Præfuit an. 6.

40. Hugo ex familia Comitum Spahnenensium, summi Colletii Decanus, in defuncti locum ab Imperatore postulatus, & à Capitulo electus an. Dom. 1158. succedit. Profectus est Romam, & ab Innocentio II. Pont. Max. consecratus: verum antequam Coloniam venisset, mortuus est; & ob regiminis brevitate quibusdam inter Archiepiscopos non computatur.

41. Arnoldus filius Comitum Gueldriae, ac Coloniae Præpositus SS. Apostolorum, sub Conrado III. an. Dom. 1160. electus, qui non ita utiliter præfuit. Levavit hic corpus S. Heriberti in Turisio, per Eugenium III. Rom. Pont. apud Remos habens esse Concilium generale, ubi hic Arnoldus, ac Moguntinus Archiepiscopus, sunt de Simonia accusati, ac ab officio divino suspensi. Cum autem verè an. 70. præfuisset, mortuus est, ac apud S. Andream sepultus.

42. Arnoldus II. de Alene, summi templi Coloniae Præpositus, Conradi Imperatoris Cancellarius, assumptus est ad gubernaculum Ecclesiae. Tum temporis Archiep. Coloniae Imperatoris aulam ferè sequebatur. Fuit hic vir omnino religiosus, justus ac equi studiosissimus, qui violentis resistebat, & Ecclesiam defendebat. An. 5. Ecclesiam suam laudabiliter rexit.

43. Fridericus II. de Dassel (qui sunt nobiles in Saxonia) S. Georgii Præpositus, an. Dom. 1166. post mortem Arnoldi, non quidem per legitimam Canonicoorum viam electus, sed mandatu Friderici I. Imperatoris subrogatus, & ab Adriano IV. consecratus est. Fuerat quidam alius D. Gerardus Præpositus Bonensis à Capitulo electus. Fridericus autem non fuit improbandus Episcopus, qui ob suam vitam religiosam commendatur. Præfuit triennio, & cum Imperatorem esset secutus in Italiam, Papae an. Dom. 1169. debitum naturæ solvit.

44. Reinoldus filius Comitum à Dassel, ex Saxonia Vvestphaliae, ex praecelso stemmate, Præpositus Hildesheimensis, ac Imperialis aule Friderici Barbarossae supremus Cancellarius, elegit in Archiepiscopum Colon. an. Dom. 1163. quo tempore unâ cum Cæsare rebus bellicis in Italia occupatus fuit, missus ab eo post mortem Friderici Coloniam, qui omnes in ejus electionem uniformiter consenserunt: quod in armis esset exercitissimus, denud ab Imperatore postulatus est in Italiam rebellem unâ cum eo proficisci. Dispositus igitur suae provinciae negotiis, ac Præposito D. Philippo ab Heinsberg substituto, castra Cæsaris praecessit, & se virum longè exercitissimum in rebus Imperii declaravit. Apud Tullucianum 40. milia Romanorum parva manu prostravit, cepit & ingavit, & triumphum ex eis reulit. Fridericus subséquens, ejus operi ac Christiani Moguntini Archiepiscopi totam Italiam, Apuliam, Lombardiam subegit Imperio. Imperator ob sedis Mediohanum, cepit & expugnavit. Hic cum omnes suis studerent commodis, Reinoldus suis misis eund Imperatorem instruit precibus, ut pro suo labore trium Magorum posset pignora habere. Inductus igitur, licet ætate, concessit tandem preciosissima Regum Naboris & Felicis marivum corpora, quae Reinoldus caustissimè an. Dom. 1164. transiit Coloniam, Præfuit laudabiliter annis 22. & propè Romam mortuus an. 1181. pelle sublitus.

45. Philippus Comes de Heysberg, summae aedis Coloniae Præpositus, ac Imperatoris Cancellarius, quomodo Reinoldus in sua absentia diocesanos Vicarium constituerat, emonicè ac legitimè electus est. Fuit sane vir sapiens, audax ac insigni virtute præditus. Ante electionem multa egerat pra-

clara facinora, verum cum ad clavum admotus esset, se virum E praesentem declaravit. Fuit corpore insigni & eleganti præditus, audaciam suam iustitia ac armis & liberalitate defendit. Adversarios suos contrivit, & semper de eis triumphum agere visus est. Fuit Philippus religionis divinitus cultus observantissimus, qui monasterium Cisterciensis Ordinis D. Petri, in Heytzbach, quod paulatim auctum est, an. Dom. 1210. instituit. Postremò cum in Cæsaribus castris in Sicilia Neapoli regni negotia ageret, Pontificatus sui anno 30. obiit. Ossa ejus Coloniae allata sunt, ac in summa aede honorificè, non procul à Sacello trium Regum, tumulata.

46. Bruno III. de Alene, Præpositus Coloniae, anno Dom. 1211. ad Archiepiscopatum legitimè creatus est. Erat autem vir prorsus religiosus, & ætate venerabilis: fuit sub Henrico VI. an. 3. gubernans. Fugerat autem alius à Laicoorum nobilitate, Lotharius Bonnenfis Canonicus, deputatus: verum hic Brunoni, qui à Clero electus erat, cessit. Anno tertio sui praesulatus se ultro magistratu abdicavit, & consentiente Clero, Adolpho fratri resignavit: ipse vitam solitariam in cenobio Veteris montis, loco tranquillum, simulque pietati peropportuno, amplexus est, & in habitu monachico mortuus est & sepultus est.

47. Adolphus de Alene Brunonis frater, summae aedis Coloniae Præpositus, sub Philippo & Otrone IV. consentiente Capitulo, post fratris resignationem in Archiepiscopatu assumptus est. Hic Otrone IV. Brunificensium unâ cum Philippo Barbarossae filium, electum, Aquigrani an. Dom. 1193. in sui perniciem coronavit in Imperatorem. Ob duorum Imperatorum electionem facta est non parva in Imperio dissensio, & hoc scilicet plurima intulit damna. Adolphus autem hic, aliquis non minus vir, non bene consultus ita provincia: & quod ipse hujus mali videbatur auctor, summus Pontifex Innocentius III. eum per Sifridum Moguntinum Archiepiscopum, & Cameracensem, deponi curavit. Deposuit est Coloniae an. 1207. in summo templo, coram Otrone Rege & universo Clero & populo. Præfuit turbulentis annis 12. & post depositionem numeratae sunt illi ex annuis redditibus 30. marcae.

48. Bruno IV. Comes de Seyna, Præpositus Bonnenfis, in depositi locum uniformi consilio & sententia creatus est Archiepiscopus, & per Sifridum Moguntinum ac alios duos Episcopos ex Anglia, sub Innocentio III. consecratus. Præfuit Guatriennio, & mortuus est anno 1218.

49. Theodoricus Comes de Monte, Præpositus SS. Apostolorum, ope Otonis IV. Imp. oclio Philippo amulo Otonis, succedit tum unanimi Cleri consensu electus: initio suo praesulatus admotum benignum se exhibuit, verum quod mox mutasset, & insolita imperasset vigilantia, multis iniustus factus est. Adhæc præterea excommunicatio Otoni (nam summus Pontifex hunc quoque, ob perfidiam in Ecclesiam Romanam, & excommunicavit) & cum ipse Theodoricus esset anathemate notatus, nec curaret, per Moguntinum Sifridum ab officio & beneficio amotus est. Præfuit ann. 6. usque ad an. Dom. 1214. quo tempore Castellum Gudesburgum, ubi fuit capella S. Michaelis, construit, aere cuiusdam Judæi vitarii, quem captivum tenebat.

50. S. Engelbertus liberali ingenio ac egregia corporis forma, electus est in Præpositum majoris Ecclesiae, & cum in Monasterium Episcopum, ob insignem suam virtutem, eligeretur, protius recitavit, timens lubricæ aetati. Adolphus Coloniae Archiepiscopus, deponitur, Bruno illi succedit, Brunoni Theodoricus, qui à Sifrido Mogunt. deponitur: Engelbertus alius amotis, legitimè, licet reluctaretur, an. Dom. 1216. à suis collegiis uniformiter sub Friderico II. Imp. Archiep. creatus est. Imperatoris filium enutrivit, & Aquigrani in Imperatorem consecravit, ac suae Ecclesiae plurimum profuit. Ob summam probitatem innotuit multis Regibus ac Principibus, qui ejus gratiam ac amicitiam etiam magnis muneribus venabantur. Confessarij ejus tale de eo referunt testimonium: Licet Dominus meus secularis habetur, non tamen intus talis est, qualis foris apparet. Sciat, illum multas consolationes à Deo habere. Erat præterea in pauperes ac afflictos valde liberalis, & famis tempore ipse multos sustentavit. Erat princeps omnino humilis, mitis, placidus, omnibus benignus: erat & aspectu decorus, statuta corporis procerus, robustus viribus, & tante pulchritudinis, ut ei similes nulli inveniri posset. In omnibus suis negotiis, five belli five pacis tempore, se aliorum Machabæum exhibuit. Coloniae co-illustriorem prætulit (excepto primo Brunone) non habuit. Episcopatum in bonum statum ac tranquillitatem multo artificio restituit.

Eccle-

A Ecclesiasticas personas in summo semper honore habuit, & eis unice prodesse, ubi Dei vidit timorem, studuit. Beatorum Virginem Desiparum, jejuniando quartis feriis & sabbatis, summo percoluit. Sub eo Franciscani & Dominicani, quos contra molurum calumnias defendit, Coloniae emerere. Tandem à Friderico comite de Isemburg in itinere trucidatur, quòd illius impietatis nolisset cedere. Præfuit laudabilissimè ac utilissimè an. 10. Fridericus ejus homicida, ab Imperatore totoque regno proscibitur, excommunicatur, & omnes ejus necis concilii brevi malè mortui sunt. Comes Leodii captus, ac Coloniae perducitur, crudelissimo supplicio (quem valde de scelere poenitit) 1225. interemptus est. Nobile corpus corvos pavit. Deus verò mortem martyris pretiosam crebris miraculis testatus est.

51. Henricus de domo Nobiliam de Moellenarcken, Præpositus Bonnenfis, uniformi omnium consensu, antequam suus antecessor S. Engelbertus tumulatus esset, creatus est Archiepiscopus Colon. an. Dom. 1225. sub Friderico II. & à Coloniae summo cum honore exceptus est. Erat vir eximia prudentia præditus, qui apud summos & imos parem gratiam B inuit, bonis affabilis, malis verò & inimicis Ecclesiae suae terribilis fuit. Hic S. Engelberti praedecessoris sui injustam eadem egregie vindicavit. Comitum homicidam Leodii capium, Coloniae pertrahi curavit pro duabus millibus marcarum, & extremo supplicio affici. Arcem Isemburg & aliud Castrum dejecit, & totum Comitatum delere apud Imperatorem conatus est, Germani fratres ejus. Bruno Onaburgensis & Theodorici Monasteriensis, ambo Episcopi, velut complices, aut certe conscii, accusantur apud summum Pontificem, & ut ferret, etiam vincuntur, deponunturque: sed gratiam consecuti restituntur. In Comitibus Horimbega vestem antecessoris cruentam Principibus exhibuit. Imperatoris Henrici conjugem Aquigrani in Reginam consecravit. Ipse Henricus Coloniae à Treviren. Archiepiscopo in vigilia S. Matthaei consecratur, praesentibus omnibus Suffraganeis cum maxima solemnitate. Decessit ex hac vita in C. gratie per Christum reparata 1252. cum praefuisset ann. 12. laudabiliter.

52. Conradus Præpositus summae aedis, à toto uniformiter consentiente clero in Archiepiscopum an. Dom. 1232. eligitur, vir literatus, facundus, magnanimus, bellator gnavius, ac tanto honore dignus: Sed in Episcopali cathedra ann. 34. Hic obtinuit, ut Elector Coloniae Imperatorem noviter electum, Aquigrani coronet primùm, quem antea inter Electores disceptatio semper de coronatione non minima fuerat. Quare ipse elegit ac consecravit tres Imperatores. Ecclesiam Coloniae ample suscipiavit, qui privilegiorum ejusdem strenuus filii propagator, qui pro temporum varietate, ad veram aequè ac prospera fortuna uti posuit. Romana quoque Ecclesia se fidelissimum protectorem exhibuit. Conradus hic cum multis ac infinitis penè opibus ac proventus abundaret, magnificentissimam Basilicam in divorum Regum honorem jam senio gravis, auspiciatus est. Si hoc aeternum opus consummatum fuisset, simile in orbe non conspiceretur. Erant tum temporis, ob sanctissimas Magorum reliquias, oblationes tam abundantes, ac verè aureum seculum, ut nunquam electus quos credidisset. Ad Ecclesiae suae dedicationem Electores Ecclesiasticos, omnes suos Coepiscopos, omnes Abbates, religioforum praesides, ac innumeram populi multitudinem, adesse voluit. In dedicatione Ecclesiae mirabilis in aere Dæmonium auditus est ululatus. Postremò laudatissimus Princeps, cum Coloniae apud D. Gereonem ageret, cepit infirmari, & invalensente vi morbi, feliciter in Dom. an. gratiae 1216. obiit, ac postus est in veteri divi Petri Ecclesia, qui tamen postmodum in novam cum suis antecessoribus translatus est.

53. Engelbertus de domo Nobiliam de Valkemburg, Præpositus S. Gereonis, an. Dom. 1261. concorditer ab universo Clero eligitur. Statim ab initio sui praesulatus Coloniae religiosissime inauguratus est, & omnes de hoc praesule, ut jus paululum subleveretur, quo nonnulli premebantur, sibi bene polliciti sunt, quamvis lectis eveniret, quod potissimum in adulatore conjuncti nequitiâ. Fuit hic Engelbertus vir quidem bonus, verum in suis negotiis parum felix. Cum ad reprimendas Ecclesiae injurias contra adversarios copiosum scriptis conduxisset exercitum, fortuna tamen sibi semper adversari visa est. Coloniae cum pro tribunali sedisset cum suis in aula Episcopali, per civis captus est, & in quadam domo occultatus per dies aliquot. Ob hanc Pontifici illatum injuriam, Civitas Colonia per annos sex & ultra à L. B. T. beatus. vitae Human. Tom. 111.

summo Pontifice interdico subiecta fuit. Cum jam hac quoque abolutus esset Engelbertus custodia, ob hanc in ipsum commissam contumeliam exacerbati consanguinei, ac amici, ipsum vindicare studuerunt. Duas insignes turres Coloniae erexit, quae possunt esse tanquam propugnacula civitatis: unam superiorem, scilicet Beyem: alteram inferiorem, id est, Ryale, pro defensione Ecclesiae. Ipse tandem rebus suis dispositis, post varios casus, Bonnae, Pontificatus sui ann. 14. redempti per Christum orbis 1272. in fata concessit, atque in monasterio D. Cassii, eo quòd Colonia anathemate à summo Pontifice teneretur, tumulatus est.

56. Sifridus Præpositus Moguntinensis, Canonicus Coloniae, an. gratiae 1275. Archiepiscopus Coloniae factus est. Hic omnem ferè ætatem suam variis bellorum exercitiis contriverat, quare frigoris ac ætus erat patientissimus. Ad utrumque statum, Ecclesiasticum & politicum, erat apertissimus, divina ac humana pariter, summa prudentia, & cum applausu subditorum omnium rexit. Cumque ad Ecclesiae gubernaculum admotus esset, multi Principes in eum insurrexerunt: quare cum suam provinciam defendere contra hostes conaretur, egregie illi obviavit. Adolphus Comes Montensis an. 1288. eum captivum abduxit, & per septennium in custodia detinuit, & Comitatum suum ingenti lyro delicatorem reddidit: optimam enim portionem à captivo Archiepiscopo extorsit. Verum Comes Adolphus poitea incautus ab eodem interceptus est, & miseria afflictus, in cavea ferrea interit. Ætate solitus est ipsam nudum cavea ferrea includere melle illita, & hoc pacto muscularum moribus & aculeis obiecte, quoad vixit. Et quamvis Comes omnia illa, quae extorferat, se reddidit polliceretur, & multa plura addidit, ut libertatem consequeretur; nihil tamen impetravit, præterquam insolens responsum: Habere S. Petrum, quo suos enutrire queat, nec quicquam rerum ipsius indigere: velle ipsum docere, quid sit Archiepiscopum tenere captivum. Sic igitur ad mortem usque Comitum detinuit. Postremò cum an. 24. præfuisset ut fidelis servus Christi, valdidixit vitæ mortalium, an. Dom. 1298. & Bonnae in monasterio D. Cassii sepulturam suam consequutus est: nam Coloniae à divinis erant suspensi.

57. Vvichboldus Vvestphaldus, Decanus Colon. & Præpositus Aquigranensis, propter insignem prudentiam, rerum experientiam ac summam eruditionem, an. Dom. 1298. magis tamen factione nobilitum, quam Canonica ad Episcopatum Nuffiz constitutus est. Fuit vir doctus, prudens ac ætate profectus, qui professionem suam magis rebus factis, quam bellicis exequi studuit. Sua prudentia Ecclesiam regere & erigere salubriter satagebat. Sui superiores funestis bellis ac tumultibus Ecclesiam mirè turbaverat, quare facultates valde exhaustae erant. Colonia ipsa metropolis jam an. 8. ferè excommunicationi & interdico subjacuerat. Bonus autem hic pater & pastor, sua vigilantia & virtute, ut abolveretur ab anathemate, procuravit, & effecit, ut apud omnes Principes bene audiret, & Ecclesiasticum statum consutum in bonum ordinem redegit. Hic Albertum Aultriacum Aquigrani coronavit, Imperatricem verò Norimbega. Demum cum an. 7. laudabiliter & utilissimè præfuisset, exitiali correptus infirmitate, saluberrimo Christi corpore & sanguine mystico munus, ex hac lacrymarum valle Princeps optimus migravit, & Salsati, in templo Patroclii martyris, repositus.

58. Henricus II. Comes de Virmenburg, Præpositus Colon. Vvichboldo succedit. Præfuit ann. 26. sub Alberto I. & Henrico VII. ac Ludovico Bavaro IV. qui paucos dies vixit pacificè. Undique insurgentibus adversariis, & dum Ecclesia Hura ac privilegia conatur defendere, ad arma confugere compulsus est. Qui cum plurimis manum conferret, tum etiam (necio quo fato) cum ipsa civitate Colon. Ecclesia tamen commodis & dignitati valde studuit: oppida & arces edificavit, & oppignorata redemit ac comparavit. Tandem providus œconomus ac Princeps magnanimus plenus dierum, viam universæ carnis an. sal. 1331. ingressus est, & Bonnae in Sacello D. Barbara, quod monasterio contiguum edificavit, sepultus.

59. Vvalramus Gerardi Comitum Juliacenfis filius, Præpositus Leodien. Thesaurarius Colon. sub Ludovico ac Carolo IV. Imp. ad Ecclesiam Colon. clavum admotus est, anno ætatis 28. Capitolarium Senatus Colon. postularat quidem D. Adolphum Episcopum Leodiensem, virum divina experientia perspicuum; verum Joannes XXII. Romanus Pontifex, eo posthabito, hunc proposuit. Inde Capitulum consentiens, O 2 D. Vval-

A. D. Vvalramum uniformiter creant, & statim Rom. Pontif. Principem contulit. Erat egregius juvenis, summe modestie & humanitatis erga omnes, cum summos, tum infimos: laude insignis, & idcirco omnibus etiam suis longe charissimus. In rebus mundanis videbatur non ita esse exercitatus, qui juvenutem suam in liberalibus studiis Parisiis & Aureliæ contriverat: verum ad Ecclesie gubernaculum adnotus, se virum exercitissimum, ac utilissimum declaravit. Laceratus bello ab Imperatore Ludovico, decessit Parisiis, eligens peregrinari, quam illas molestias ferre. Regimen Ecclesie Laicis quibusdam personis commisit. Agebat aliquot mensibus Parisiis, & ob animi mororem ægrotare cepit prædie Assumptionis B. Mariæ, & invalescente morbo, ann. Dom. 1329. ibidem mortem obiit. Inde delatus est Coloniæ, & honorifica sepultura in templo summo donatus est.

60. Vvtilhelmus Canonicus Coloniensis, Præpositus Salsentis, ann. sal. 1350. ad instantiam summi Capituli ac Nobilitatis, licet invidus, Archiepiscopatu indutus est, ac per Clementem VI. confirmatus. Fierat superiori admodum familiaris, & diaceleos negotia perfecta habuit. Quare ad clavum accessit, eo commodis præse potuit. Fuit vir valde prudens, & publicæ pacis observantissimus, & injuriis sibi illatas prudenter novit dissimulare, & hoc pacto de omnibus Principibus bene mereri studuit. Ob rerum dexteritatem, summa erat apud Imperatorem ac Regem Franciæ autoritatis. Hic pro Ecclesie reformatione & vitiorum extirpatione omnibus viribus invigilabat, & præ nimio zelo Religionis seipsum viribus extenuabat. Es alienum perolivit, & omnia admirabili industria in integritatem redegit. In constituendis, ac ornandis castris, suo antecessori non fuit dissimilis. Hic summum altare Coloniæ in majori Ecclesia de marmore fecit: hic quoque argenteas illas Apostolorum imagines, quæ adhuc videntur, contulit. Vitæ hujus usuram amisit ann. Dom. 1362. & Coloniæ in summo templo peramificè in choro, in marmoreo sepulchro, quod vivens erigi curaverat, est sepultus.

61. Joannes à Virmenburg, summae ædis Colon. Decanus, præfuit diaceles vicarius, Præpositus majorem templi, quem D. Vvtilhelmus moriens designaverat (successorem, illius fecerat expectationem: Capitulares in tantis rerum motibus conseruati, electionem disulerunt. Tandem post longam vacationem, id est, decem mensium, convenerunt, & de suffragiis disiderunt. Laicum vobis D. Joannes à Virmenburg conclamatus est Archiepiscopus. Huic violente acclamationi nonnulli ex Capitularum Senatu se opposuerunt, nonnulli consenserunt. Joannes igitur profectus est pro confirmatione Romam, & à Pontifice, quem hæc res non lauit, repulsam passus est. Reversus inde Episcopatum invasit, relicta amplissima Ecclesia, non posse cepit invadere, ac pro suo libito expendere, & se non pastorem fidelem, sed lemargum exhibere. Hic à quibusdam inter Archiepiscopos non numeratur. Interim summus Pont. Urbanus V. cum sibi ad suas manus omnia assumpisset, ac vindicasset, quem præficeret, scem expendit.

62. Adolphus II. Comes de Marca, quum Monasterium Episcopatum per quinquennium administrasset, ad Colon. Archiepiscopatum per Urbanum V. adnotus est. Fuerat Canonicus Colon. & in jure civili satis versatus, qui temporibus suis satis pacificè gubernavit; postea tamen ingruentibus malis, insatiatione adversariorum sustinere coactus est. Adolphus autem promotionem ad Colon. Ecclesiam non ambierat, nec Capitulum eum postulaverat: ipse enim animam ad divina adicere nunquam cogitaverat. Cum itaque mensibus 11. parum utiliter præfisset, resignato Pontificatu, cessit, ex necessitate faciens compendium, ann. Dom. 1364. Fuerat ætate juvenis, & ad hujusmodi fastidium nulla morum gravitate præditus.

63. Engelbertus tertius Comes Marchianus, Episcopus Leodiensis, cui Ecclesie an. viginti sub Carolo IV. satis strenuè ac laudabiliter præfuit. Pontifex Romanus, ne quid ejus deesse videretur voluntati, eum ad hunc Archiepiscopatum, qui tamen maluisse in sua sede permanisse, transtulit. Cum jam senio gravaretur, ac adversa laboraret valitudine, Capituli consensu, D. Cononem à Falkenstein, qui diacecem Trevirensis sua vigilantia defendebat ac gubernabat, in coadjutorem assumpit. Inde in Brulensi castrò vitæ solitarie vacabat, & post longas morborum defatigationes, ann. Dom. 1368. sui Prelatus 5. defunctus est, & in summo templo honorificè tumulatus.

64. Cono à Falkenstein designatus ac confirmatus Archiepiscopus Trevirensis, in coadjutorem Colon. Ecclesie

torius Capituli consensu assumptus est, ann. Dom. 1368. Erat Episcopus pietate ac animi dexteritate eximia præditus. Præfuit duabus amplissimis provinciis, quas summa cum laude ac utilitate rexir. Erat Coloniensis Ecclesia gravi ære alieno prægravata, quam ille liberam brevi tempore reddidit. Ecclesiasticum statum non parum corruptum, sua vigilantia restituit. Sub isto quadam exitialis simulæ inter civitatem Coloniensem & Clerum exutit, ob insolita veltigalia, quæ semper nova inducuntur, vindicante suas libertates ac privilegia clero. Quare civitas interdico subjecta est per biennium. Cum autem civitas hoc non curaret, Clerus, relicto omnibus, se extra Coloniæ ad alia loca transtulit. Inde cum extra urbem per sequantium egissent, Reipublice Gubernatores ad cor redeuntes, eos revocarunt, & Conone intercedente, ad concordiam venerunt. Postquam ann. 3. præfisset, resignavit dignitatem in nepotem. Igurur succedit.

65. Fridericus III. Comes Sarverdenis, Canonicus Coloniensis, instantia D. Cononis sui avunculi à Capitularibus in Archiepiscopatum Coloniensem ann. Dom. 1370. legitime assumptus est, ac confirmatus per Urbanum V. Carolus IV. Imperator promotionem hanc conatus est impedire, ut suum cognatum Episcopum Argentinensem ad huc Ecclesiam promoveret: verum res aliter cecidit. Postea cum vidisset Imperator, quod impedire non posset, cum amplexus est & valde dilexit, ac in multis expeditionibus comitem adhibuit. Cum autem Fridericus ad Ecclesie regimen esset adnotus, erat fatis juvenis ætate, verum doctus, sapiens, & legum Imperialium perita clarus, & morum maturitate pollebat.

Inter Fridericum autem Archiepiscopum & metropolim incidit quadam fatalis simulæ, quæ fatis fuit diuturna & exitialis. Coloniensis in Episcopo detrimentum, monasterium D. Hereberti & Ecclesiam demoliti sunt. Tuitiensis inde se ann. 1264. à Coloniensis subduxerunt, quum ejusdem cum illis essent juris. Hic Fridericus castrum Zons munivit, & oppidum muro cinxit: condidit ibidem Ecclesiam, quam monasterio Braunweiler incorporavit, ut dicitur. Tandem laudatissimus Princeps, economus circumspexit, cum an. 44. laudabiliter præfisset, Bonnæ ab illis Babylois fluminibus, ad æternæ salutis portum ann. Domini incarnationis 1414. die 9. Aprilis ambulavit, & Coloniæ in summo templo justa D. Reinoldum honorificè terræ, communi mortalium recepticæ, mandans est.

66. Theodoricus Præpositus Bonnenis, an. Dom. 1414. à majore Senatu Capitularium parte creatur: nonnulli contra hunc elegerunt Vvtilhelmum Montensem de Ravensburg, qui erat Episcopus Paderbornensis. Verum hic resignata illa Ecclesia, Theodorico nepem, Comitem Teckenburg, duxit uxorem. Inde Theodoricus per Vvtilhelmi resignationem Administrator Paderbornensis ann. Dom. 1415. per Capitulum voluntatem factus est. Ingressus est eum equitatu numeroso ac splendido Paderbornam & inauguratus an. Dom. 1424. sub ingenti tempestate. Dederat operam bonis literis Bononiæ, & juris Pontifici magnam adeptus est eruditionem: erat corpore pulchro & statura eminenti, animo permagno & liberali. Gessit multa bella pro Ecclesie defensione, nunquam tamen sacerdotalia domi munia & civilem administrationem neglexit. Cum præfisset Archiepiscopatum Coloniensem an. 48. Paderbornensi 38. ac Halberladseni totidem, in arce Sontina, ipso die sancti Valentini, an. per Christum reparatæ gratiæ vitam cum morte commutavit.

67. Rupertus Dux Bavarie elegit concordibus Canonicorum ac Nobilitatis suffragiis, anno Dom. 1463. Carolus Dux Burgundiæ institit pro Barone de Bourbon: institit & Dux Clivent. pro Comite de Schwarzenburg; sed uterque repulsam passus est, quod indignissimè tulere. Erat autem Rupertus generis ac animi, ingenioque virtute ac nobilitate clarissimus: Diacecem suam oppignoratam ære alieno & penè oppressam liberare constituit. Erat tunc eo sub pinnice vetè aucta tempora, & omnia, quæ ad hominum usum spectant, facili ære redimi poterant. Præfuit hic variè ac tumultuariè ann. 16. Cùmque cum suis capitularibus summi templi simulæ exercere cœpisset, ann. Domini 1472. & animus illius nullo modo emolliiri potuisset, feminarium fuit ingenium malorum. Capitulares sibi propinquant, & D. Hermannum Landgravium Hassiæ, virum impius nobilem & strenuum, Gubernatorem provincie totius contra Rupertum constitunt.

68. Hermannus Landgravius Hassiæ IV. patre Ludovico natus, Præpositus Aquilgraniensis & S. Gereonis, à Capitularibus.

A. pific. Coloniæ ann. Dom. 1480. altera D. Laurentii, concordibus totius Capituli sententis eligitur, quum sub Ruperto an. aliquot gubernatorem diaceleos egisset. Erat egregie doctus, sapientissimus, & tranquillitatis publice studiosissimus, pacis ac tranquillitatis publicæ amantissimus, mitis. Vivit cum metropoli Coloniæ semper amicissimè. An. Dom. 1489. Coloniæ splendidissimè inauguratus est. Administrationem diaceles Paderbornensis, à Simone de Lippia propter senium & adversam valitudinem corporis an. Dom. 1488. Capitulo approbante, dimissam, quati coadjutor suscepit, & an. Dom. 1489. autoritate ejusdem Capituli, plenam omnium rerum administrationem subijt. Sacra suarum diaceles collapsa, aut negligentia à vero usu abalienata, instaurat & reformat. Maximilianum Friderici filium in Regem Romanorum an. Dom. 1492. cum aliis Electoribus elegit, & Aquilgrani consecravit, apud quem postea semper vixit conjunctissimè. Præfuit admodum tranquille ac laudabiliter (qui merito pacificus cognominatur) ad ann. Chr. 1508. cujus an. 27. Sept. huic mortali vitæ exemptus est in Poppelstorp. Paderbornæ an. 10. (quibus nemo hostilem animum ausus fuerat in illam terram B. declarare) præfuit. In cuius finem, & Colonia & Paderbornæ, omnia in acerbissimo luctu fuerunt. Sepelitur Coloniæ in summo templo.

68. Philippus de Thuyne, Comes Obersteineus, Decanus Colon. omni genere optimarum virtutum illustris, eligitur unanimi consensu Canonicorum, superiore ad alteram vitam evocato, an. Dom. 1508. consecratus an. sequenti. Hic egregius Princeps insigni sua prudentia ac industria plurimum Ecclesie Coloniensis contulit. Cum nobiles quidam in eum conspirassent, convivio eos, qui ipsemet intererat, excepit: quærebatur quotnam Christus Salvator habuisset proditores: unum, inquit, ignorans, quorum hæc proponeret: Atego, inquit, vos omnes proditores habeo; & sic prudeniter eorum dissolvit machinationem. Fuit vir summa prudentia ac humanitate præditus. An. Dom. 1515. mortem oppetit, vir sanè longiore vita dignus.

70. Hermannus V. Comes de Vvieda, assumptus ann. Dom. 1535. in Archiepiscopum Coloniensem, confirmatur à Leone X. Pont. Max. inauguratur Coloniæ humanissimè an. Domini 1538. Contententibus totius Capituli suffragiis ann. Dom. 1532. in administratorem Ecclesie Paderborn. postulat. Eriquoque Episcopo mortuo substituitur. Ac eodem an. 9. Oct. ipso die Dionysii, ultra mille equitum bene instructo rum apparatu, præter aliorum Comitum vicinorum, Baronum & Nobilium subsidiarium manum, civitatem Paderborn. ingreditur. Erat Princeps clementia studio & multis aliis virtutibus præclaris præcipue ornatus, natura vir bonus & liberalis, in literarum studiis non ita exercitatus, Catholicam Religionem servari voluit, & defendi. Diacecem summa prudentia ac tranquillitate gubernavit, excitationes nunquam exegit, & ob eam causam plurimum à subsidiis amatus est, & loco parentis ab eis habitus. Verum cum annis 32. laudabiliter præfisset, & Lutherana professio (quam ipse prius fuerat persecutus & oppugnaverat) in superiori Germania grassaretur, ac plures eam inconsulto amplecterentur, huic quoque adhibere cœpit, justique Romani Pontificis Pauli III. & Caroli V. Imperatoris loco moveret, qui inde privatim Comitatu Vvedenis superles vixit. Mortuus an. Dom. 1552. 15. Anguli ætatis 80. & Biverni in villa sepultus.

71. Adolphus III. ex illustri familia Comitum Schayvenburg natus, atque omni virtutum genere educatus est. Is cum artium & linguarum fundamenta feliciter jecisset, sese Coloniæ contulit, & in ejus Collegii Canonicum receptus fuit. Ibi cum vitæ gravitate & rara prudentia alios anteiret, Hermannus Elector eum plurimum dilexit, atque suum Coadjutorem constituit. Fuit & Præpositus Cathedralis Ecclesie Leodiensis. Itaque factum, ut Romanus Pontifex cum Hermannum ad Lutheranorum sectam inclinantem officio removeret, hunc Adolphum substituerit, atque Archiepiscopus ordinari. Erat autem vitæ integritate, pacis studio, egregia corporis statura, tum plurimis aliis virtutibus præditus, nemini mortuum secundus, qui brevi sua humanitate omnium Principum gratiam sibi conciliavit. Catholicæ Religionis erat addictissimus. Præfuit Episcopatum an. 9. optime ac utilissimè, in summa astimatione, & moritur Brulis, & Coloniæ in summa Basilica, terræ, summo suorum luctu, datus est.

72. Antonius Adolphi frater, Præpositus Leodiensis atque Trajectensis superioris, nec non & Divi Gereonis, à Capitularibus. L. B. Theat. vitæ Human. Tom. III.

ribus ann. Domini 1557. concorditer electus in Archiepiscopus. Referat hic fratris ingenium, at aliquantò modestius: erat gubernator sapiens & providus, verum non diu in eo statu sanus ac vivens permanit. An. Domini 1558. 18. Junii decessit ex hac mortali & lugubri vita in castrò Gadesburg, & Coloniæ juxta fratrem in eodem reconditorio tumulatus est.

73. Joannes Gebhardus è Mansfeldicis Comitibus, Præpositus Trajectensis & S. Georgii, electus unanimi totius Capituli consensu, ann. Dom. 1558. die 5. Annæ: fuit quidem natura bonus & tranquillus, pacificus & liberalis Princeps, & verè generosum habens animum. Licet ex Saxonia fuerit ortus, ubi Lutheranismus virus primum egit radices; ipse tamen per omnem vitam fidei Catholicæ fuit observantissimus. Ferdinandi inaugurationi in Imperatorem Francofurti anno Domini 1558. interfuit. Præfuit annis quatuor mens. quinque, qui anno gratiæ 1562. ipsa Animarum die, Brulis aqua intercutæ, mortalium valedixit conversationi. Coloniæ in summo templo juxta antecessores in eodem tumulo repositus est.

74. Fridericus IV. ex illustri familia Comitum de Vvieda natus, & in omnibus virtutibus honestè educatus est. Is à puero optimis præceptoribus commissus, licet feliciter didicit, atque magnum rerum usum sibi comparavit. Aderat & vitæ innocentia, & prudentia rara. Postea se Coloniæ contulit, & inter ejus Ecclesie Canonicos receptus fuit. Ibi cum modestè viveret, & aliis suis virtutibus exemplo esset, factum, ut tum omnibus gratissimus esset, tum in Decanum eligeretur, cum jam dudum in Trajectensem Præpositum creatus esset. Itaque postea cum prelat Joannes Gebhardus fato fungeretur, ipse omnium calculo, ann. Domini 1562. in ejus locum Archiepiscopi & elector declaratus fuit. Eam rerum administrationem exactus, res suæ ditionis optime disposuit, & talem se exhibuit, ut ab ipsis subditis plurimum diligeretur. Electioni ac coronationi Maximiliani II. Imp. Francofurti interfuit. Verum Pontificatus sui anno sexto seipsum ultra cum summa gratiarum actione propter corporis difficultatem, & alia quadam incommoda, abdicavit, tradens liberam in manus Capituli electionem. Privatam vitam egit per annum, & moritur an. 1568. Coloniæ.

75. Salentinus illustris Comes Ienburgicus, Decanus apud D. Gereonem, ac Canonicus summi templi, extima virtute, eruditione ac sapientia præditus, concordibus totius Capituli Coloniens. procerum suffragiis electus an. Dom. 1567. 23. Decemb. Declaravit fidei sese Catholicæ studiosum & defensorem, quod initio sui Archiepiscopatus, Ecclesiasticum statum per viros pios ac doctos visitari, ac professionis suæ eum admoneri voluerit: declaravit se quoque justitiam observantissimum, quod iudicibus omnibus serio mandaverit, & economis, ab ea nullo pacto declinare. Vidit quoque diacecem ære alieno oppressam & oppignoratam, quare eam liberam reddere, summis viribus incubuit. Hæc autem sedulitate nominis immortalitatem apud omnes consecutus est. Elegit Ratisbonæ cum aliis Electoribus Rudolphum II. Imperatorem Romanorum anno Domini 1576. Anno Domini 1574. per Dominorum de Capitulo vota, in administrationem diaceles Paderbornensis die 21. Aprilis designatur. Anno eodem 29. Decemb. cum omnium diaceles ordinum applausu & jubilo, mille equitum numero introductus & inauguratus est. Carerem cum annis decem laudabiliter ac utilissimè diaceci præfisset, convocatis Nobilitate ac Oppidorum Præfectis, H. Brulis anno Domini 1577. 13. Septemb. in pleno Conventu renunciavit. Resignationis causam potissimum adducebat, quod stirps illa Ienburgica, unde ipse originem traheret, masculo careret hærede: illam sibi provinciam commendatam.

76. Gebhardus natus est ex superiori Germania, perantiqua & illustri familia Liberatorum Baronum Vvalburg, cognomento Truchses. Cum esset summa spei ac literarum cupidus adolescens, hinc inde sese ad celebria Gymnasia ac Academiæ, ut animum liberalibus artibus excoleret, ac lingua addiceret, contulit. Apud Lovanium cum Philosophiæ præceptis haud mediocriter imbutus esset, Romam concessit. Hanc urbem & vidit, ibique bene vixit. Inde revertsus in Germaniam, Ortonis Cardinalis Augustani sui avunculi persuasione ac auctoritate, Ecclesiasticum sese albo conjunxit. Factus est deinde apud Augustam summi Collegii Præpositus, & apud Argenterorum Cathedralis Ecclesie Decanus. Coloniæ quoque cum summi tēpi Canonicis connumeratus esset, ita cū eis vixit.